М. Ю.

ВАРШАВСКІЙ
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ

Залъ Г.
Шкафъ 3. Полка 6
№ 32.

A

Privilegio

Transactio

S

Serenissimo

Ca

Illustrissimo Ra

mo Andrea Co

Moyski; den

Eppi Premislie

Illrmi et Excel

et Prele à

Generosi Igna

Majoris

à Die Decima

Millesimi Sep

Trigesimam

simi Sexa

Acta

Privilegiorum Inscriptionum variarumque
Transactionum et Manifestationum

Regnante

Serenissimo Stanislao Augusto

Cancellariatu

Illustrissimorum et Excellentissimorum Dominorum
Ill^mo Andrea Comitis in Dzieżuń et Kutno à Zamość Zamoyski; demum Andrea Stanislai Młodziejowski Eppi Premislien, subsequenter Posnanien.

Pro Cancellariatu.

Illrmi et Excellmi Dñi Joannis Comitis in Warklany et Frele à Borch Capitanei Lucinensis.

Notariatu

Generosi Ignatij Ludovici Nowicki Metrices Regni Majoris Cancellario Regni Præfecti

à Die Decima Septima Mensis Decembris Anni Dñi Millesimi Septingentesimi Sexagesimi Quarti ad diem Trigesimam Decembris Anni Millesimi Septingentesimi Sexagesimi Octavi.

Conscripta.

Stownie do reskryptu Kommissyi Kradowey Sprawiedliwości z dnia 3/15 grudnia 1853 r. N 21,071. zamieszczonego w tey księdze dopuszcza na kartach 33. 34. 36 i 37.

Oblata Pr
ronne Ur
Stanisław
Polski, Wielk
Mazowiecki
Podolski, Po
Siewierskiy
Oznaymuiemy
Każdemu zosob
dany iest do C
ney; Kancellar
Urzęd Podstol
Małachowskie
dany; Reług
Wiełkg Koronn
maz Stani
Polski Wielki
ki, Smoleńskiego, Kie
Płanteki, Smole
muiemy niniey
żdemu zosobna
tey urzędowne
ślachetnie Urodzon

Działo się w Warszawie
w Poniedziałek przed
Świętem Świętego To-
masza Apostoła nay bliż-
szy, to iest Dnia Siedmna-
stego Miesiąca Grudnia
Roku Pańskiego 1764.

Oblata Przywileju na Podstolstwo Ko-
ronne Ur. Małachowskiemu danego.

Stanisław August z Bożey Łaski Król
Polski. Wielki Xiąże Litewski, Ruski, Pruski,
Mazowiecki, Żmudzki, Kijowski, Wołyński
Podolski, Podlaski, Inflantski, Smoleński,
Siewierskiy Czerniechowski.

Oznaymuiemy tym Listem Naszym wszem wobec y
każdemu zosobna Komu o tym wiedzieć należy. Iż po-
dany iest do Oblaty w Xiędze Niniejsze Metryki Koron-
ney, Kancellaryi wiąkszey Przywiley Originalny na
Urząd Podstolstwa Koronnego Urodzonemu Jałkowi
Małachowskiemu Staroście Piotrkowskiemu Łaskawie
dany; Ręką Naszą Królewską podpisany y Pieczęcią
Wielką Koronną stwierdzony, ktory tak się w sobie
ma= Stanisław August z Bożey Łaski Król
Polski Wielki Xiąże Litewski Ruski, Pruski, Mazowie-
cki, Żmudzki, Kijowski, Wołyński, Podolski, Podlaski, In-
flantski, Smoleński, Siewierski y Czerniechowski. Oznay-
muiemy niniejszym Listem Naszym wszem wobec y ka-
żdemu zosobna Komu o tym wiedzieć należy. Iż iakom-
ile y wdzięczne Nam y Oyczyźnie naszey uczynione przy-
sługi Urodzonego Jałka Małachowskiego Starosty Naszego

go Piotrkowskiego, tak one chcąc w podawaiących się okazyach Państwa Naszą szczodrobliwością y Łaską nadgradzać za rzecz słuszną umysliliśmy przerzeczonemu Urodzonemu Małachowskiemu Podstolstwo Koronne po postąpieniu Urodzonego Stanisława Lubomirskiego na Woiewodztwo Bracławskie wakuiące, y do Dyspozycyi Naszey przypadłe dać y konferować ia. Koż niniejszym Listem przywileiem Naszym daiemy y konferuiemy, Ktore to Podstolstwo Koronne ze wszystkiemi Prawami Prerogatywami y Obwencyami z Prawa, y Zwyczaiu do tegoż Urzędu należącemi wspomniony Urodzony Jacek Małachowski Starosta Nasz Piotrkowskii będzie trzymał y dzierżał aż do Ostatniego Życia swego Kresu, albo na wyższego Urzędu Godności postąpienia; Co aby do wiadomości Wszystkich Ktorym to wiedzieć należy, osobliwie Dignitarzom Urzędnikom y wszystkim Stanu Rycerskiego Obywatelom Koronnym przyść mogło nakazuiemy, aby wspomnionego Urodzonego Małachowskiego Starostę Naszego Piotrkowskiego za Aktualnego y Prawdziwego Podstolego Koronnego mieli, y uznawali, y onemuż z Mieysca Praw, Prerogatyw y Obwencyi temu Urzędowi zdawna należących ustępowali y odpowiadali, dla Łaski Naszey Krolewskiey. Na co dla lepszey Wiary Niniejszy Przywileiu Ręką naszą podpisawszy, Pieczęcią Koronną stwierdzić roskazaliśmy. Dan w Warszawie Dnia XV. Miesiąca Grudnia Roku Pańskiego M DCC LXIV. Panowania Naszego Pierwszego Roku. Stanisław August Krol. Mieysce Pieczęci Wielkiey Koronney. Podstolstwo Koronne po postąpieniu Urodzonego Stanisława Lubomirskiego na Woiewodztwo Bracławskie Urodzonemu Jackowi Małachowskiemu Staroście Naszemu Piotrkowskiemu dane. Klemens Kozłowski

ski Pieczęci Wielkiey Koronney na ten czas Sekretarz. &.
A tergo zaś tego przywileju Słowa są te Cancellaria.
tu Illmi et Excellentissimi Domini Dñi Andreæ Comi.
tis in Bieżuń et Kutno à Zamość Zamoyski Su.
premi Regni Cancellarij Cuvovien et Capitanei Si.
gillatum Który to Przywiley Originalny tak iako
wyżey per Oblatam podany iest, My tenże do Xięg
Metryki Koronney przyjąć, y wiernie wypisany Sło.
nie potrzebuiącey Authentycznie wydać Oryginał
Zaś nazad (powrócić) pozwolilismy. Na co dla lepszey Wiary
&c. Działo się w Warszawie iako wyżey. Za Sprawą
y Przełożeniem J. W. Imć Pana Andrzeja Hrabi na W
Bieżuniu y Kutnie z Zamościa Zamoyskiego Kan.
clerza Wielkiego Koronnego Cudzowskiego &c. Stan
dy

Actum Varsaviæ Feriâ
Secundâ in Vigilia Fe.
sti Nativitatis Christi
Dñi Die scilicet Vigesima
quarta Mensis Decembris
Annô ejusdem 1764.

Oblata Privilegij super Referendariatum
Regni Snõso Małachowski Subdapife.
ro Regni collati

Stanislaus Augustus &c. Significamus &c. Obla.
tum esse ad Acta præsentia Metrices Regni Cancella.
rię Nostro Majoris Privilegium super Referendariatum
Regni post Ascensum Generosi Kossowski ad munus
Secretariatûs Secularis vacans Generoso Hyacintho
Małachowski Subdapifero Regni, collatum, Manu Nostra
Regia Subscriptum et Sigillô Minoris Cancellariæ Re.
gni communitum, Sanum Salvum integrum et omni su.
spicionis notâ carens cujus tenor is est. Stanislaus
Augustus

Augustus Dei Gratia Rex Polonie Magnus Dux Li-
thuanie Russie, Prussie, Masovie, Samogitie, Kijovie
Volhynie, Podolie, Podlachie, Livonie, Smolensciæ, Se-
verie et Czerniechovie. Significamus presentibus Li-
teris Nostris Quorum interest Universis et Singulis. Quo
Nos habita Consideratione Meritorum Gnosi Hyacin-
thi Malachowski Subdapiferi Regni Capitanei Petri-
coviens Mareschalci Comitiorum felicis Coronationis No-
stre variis in Occasionibus ac Functionibus Publicis pra-
stitorum faciendum esse duximus, ut Ipsi Referenda-
riatum Regni post Ascensum Gnosi Kossow-
skii ad Minus Secretariatûs Secularis Regni vacan-
tem et ad Dispositionem Nostram Regiam devolu-
tum daremus et conferremus, prout quidem presen
Literis Nostris cum omnibus Juribus Prorogativis, Mu-
nijs Immunitatibus de Lege et antiqua praxi ad hanc
Dignitatem pertinentibus ad extrema vitæ sue tem-
pora, vel altioris alicujus Dignitatis assentionem te-
nendum habendum et obeundum damus et conferimus.
Quod omnibus quorum interest presertim verò Mgnis
Senatoribus Ministris Gnosis Dignitarijs Officialibus
Universaq Nobilitati Regni Nostri notum esse volentes
mandamus Quatenus prefatum Gnosum Hyacinthum
Malachowski abhinc pro vero Legitimo, et Actuali Re-
ferendario Regni Nostri habeant nominent, et agno-
scant; Eiq de loco Juribus Prorogativis, Munijs Im-
munitatibus usu antiquo, et Lege, receptis, et Ipsi respon-
dent, et ab alijs responderi curent, pro Gratia Nostra et Of-
ficiorum Suorum debito. In quorum fidem presentes
Manu nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri
jussimus Datum Varsaviæ Die XXII. Mensis Decem-
bris Annô Domini MDCCLXIV Regni verò Nostri
Primo Annô. Stanislaus Augustus Rex. Lodes Si-
gilli Minoris Cancellariæ Regni. Referendariatus Re-
gni

Igni post ascensum Generosi Kossowski ad munus
Secretariatus Regni vacans Illmo Hyacintho Mala-
chowski Subdapifero Regni Capnco Petricovien confer-
tur. Antonius Sikorski Sae Rae Mtis et Sigilli Rnī
Secretarius mp A tergo vero Ejusdem Privilegij verba
Sunt hae. Pro Cancellariatu Illmi et Rndmi Domini
Andreae Stanislai Modrziejowski Pro Cancellarij Rnī
Quod ejusmodi Privilegium, sic ut promissum Oblatum
Nos hocce ad Acta presentia Metrices Regni suscipi
ijdem inseri et Parti postulanti in forma Authenti-
ca extradi. Originale vero rursus restitui permisimus
de quo recepto Cancellaria Nostra quittatur. In quorum
fidem &c Actum ut supra Relatio Illmi et Excellmi
Domini. S. R. Cancellarij

Actum Varsaviae Feriâ
Quartâ post Festum
Sanctorum Trium Re-
gum proximâ Die scili
Nona Mensis Janu-
arij Annō Dñi 1765.

Oblata Diplomatis pro Scriptore Regio
in Curia Romana Nobili Ghobert dati

Stanislaus Augustus &c Significamus &c Oblatas
esse coram Actis presen Metrices Regni Cancellariae Ma-
joris Literas Diplomatis pro Scriptore Nro Regio in Cu-
ria Romana Nobili Joanni Dominico Ghubert gratiose
datas, et collatas Sigillo Minori Regni firmatas, ac Ma-
nu Nostra Regia Subscriptas Sanas salvas et illesas teno-
ris sequentis= Stanislaus Augustus Dei Gratiâ Rex
Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Maso-
viae, Samogitiae, Kijoviae Volhyniae Podolie Podlachiae, Livo-
niae

rid, Smolenscio, Severio Czerniechoviq. Universis et Singulis quorum interest, et interesse poterit presentibus Literis Nris significamus, quod Nos commendatam habentes in rebus gerendis dexteritatem Nobilis Joannis Dominici Ghobert, Ejusq de Nobis benemerendi Studium, faciendum esse duximus, ut in Nostrum in Curia Romana Literarum Apostolicarum Scriptorem Regium deputaremus faceremus, et constitueremus, prout de facto cum omnibus facultatibus honoribus, et Prerogativis hujusmodi Officio de Jure vel ex Consuetudine competentibus ac quibus alij Literarum Apostolicarum Scriptores Regij in dicta Curia gaudent, et utuntur ad effectum Bullas aliasq Lras apostolicas quovis nomine nuncupatus Super Archi Episcopatus Episcopatus, Abbatias Monasteria, Dignitates, Personatus, Administrãões, Officia Canonicatus, et Prebendas Ecclesiarum Cathedralium, et Collegiatarum nec non Parochiales Ecclesias, cateraq Beneficia Ecclesiastica Saularia vel regularia cum Cura, et Sine Cura Nominationis, Juris Patronatus, ac Collationis Nrõ Regio Semper privative Scribendi presentibus Literis Nostris deputamus, facimus et constituimus, presenti nro Diplomate, derogantes et annulantes cuicunq alio Diplomati favore cujuscunq Persone facto etiamsi Specialis Mentio de eo facto non sit; Quod omnibus quorum interest, presertim vero Nostris et Reipublicæ apud Sanctam Sedem Aplicam Ablegatis Ministris, Negotiorum agentibus, Alijsq Officialibus Nris nunc, et pro tempore existentibus, notum esse volentes requirimus, et mandamus, quatenus dictum Joannem Dominicum Ghobert pro vero et legitimo Literarum Apostolicarum Scriptore Nostro Regio agnoscant, Eumq ab alijs talem agnosci curent, et circa presens Diploma tueantur, et protegant: Promissa facturi pro Gratia Nostra Regia, et Officiorum Suorum debito. In quorum fidem presentes manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus

Datum Varsaviæ Die IV Mensis Januarij Annô Dñi MDCCLXV. Regni vero Nostri Annô Primô. Diploma pro Scriptore Regio in Curia Romana Nobili Joanni

Dominico

Dominico Ghobert datum. Stanislaus Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Regni. Antonius Sikorski Sae Rae Mtis, et Sigilli Regni Secretarius mp. A tergo verò earundem Literarum Verba sunt hæc. Pro Cancellariatu Illrmi et Revmi Domini Andreæ Stanislai Młodzieiowski Pro Cancellarij Regni Sigillatum Quas quidem Lras Nos ad eadem Acta inscribi Partij postulanti extradi, ac Originale restitui mandavimus In quorum fidem &c. Actum et Relatio ut Supra

Sub Eodem Actu.

Oblata Diplomatis pro Expeditionario Regio in Curia Romana Nobili Joanni Francisco Roccatani dati.

Stanislaus Augustus etc Significamus &c. Oblatas esse coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellario Nostro majoris Literas Diplomatis pro Expeditionario Regio in Curia Romana Nobili Joanni Francisco Roccatini gratiosè datas et collatas Sigillôq; minori Rrum firmatas, ac Manu Nostra Regia subscriptas, sanas salvas, et illæsas, omniq; suspicionis Notâ carentes tenoris sequentis= Stanislaus Augustus Dei Gratiâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscio Severiæ Czernichoviæq. Significamus præsentibus Lris Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quia Nos commendatam habentes in rebus gerendis dexteritatem Nobilis Joannis Francisci Roccatani, Ejusq; de Nobis benemerendi Studium faciendum esse duximus, ut eum in Nostrum in Curia Romana Expeditionarium Regium deputaremus, faceremus et constitueremus prout de facto cum omnibus facultatibus Honoribus et Prærogativis hujusmodi Officio de Jure vel ex Consuetudine competentibus, ac quibus alij expeditionarij Regij in dicta Curia gaudent, et utuntur, ad effectum Bullas aliasq;

aliasq; Literas Apostolicas quovis nomine nuncupatas Su-
per Archi Episcopatus, Episcopatus, Abbatias Dignitates, ac
Canonicatus Eclesiarum Cathedralium et Collegiatarum, ali-
aq; Beneficia Omnia et Singula, Nominationis Juris Pa-
tronatus, et Collationis Nostre Regiæ solicitandi, procuran-
di, ac privative expediendi præsentibus Literis Nostris depu-
tamus fecimus, et constituimus. Quod omnibus quorum in
terest, præsertim verò Nostris et Reipublicæ apud Sanc-
Sedem Apostolicam Ablegatis, Ministris, Negotiorum
Agentibus, Alijsq; Officialibus nostris, nunc et pro tempore
existentibus notum esse volentes, requirimus, et manda-
mus, quatenus prænominatum Nobilem Joannem
Franciscum Roccatani pro vero et legitimo Expeditionario
Regio Nostro habeant et agnoscant eumq; ab Alijs talem
agnosci curent, et circa præsens Diploma tueantur et prote-
gant, pro Gratia Nra Regia. In quorum fidem præsen-
tes manu subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus.
Datum Varsaviæ Die IV. Mensis Januarij Annô Do-
mini MDCCLXV Regni verò Nostri Annô Primô. Di-
ploma pro Expeditionario Regio in Curia Romana Nobi
Joanni Francisco Roccatani datum. Stanislaus Au-
gustus Rex. Locus Sigilli minoris Regni Antonius Sikor-
ski Sæ Rs Mtis et Sigilli Regni Secretarius mp A tergo
vero harum Literarum verba sunt hæc Pro Cancellariatu
Illmi et Reverendissimi Domini Andreæ Stanislai Mo-
dziejowski Pro Cancellarij Regni Sigillatum. Lucas ejusmo-
di Literas, sic ut præmissum Oblatas ad eadem acta
inscribi, Partiq; postulanti extradi, ac Originale restitui
permisimus. In quorum fidem &c Actum ut supra Relão
Illmi et Excellmi Dni Supremi Regni Cancellarij

Actum Varsaviæ Feriâ
Tertiâ in Crastino Festi
Sanctæ Agnetis Virg.
Die scilicet Vigesimâ

Secunda

Secunda Mensis
Januarij Anno Do.
mini 1765.

Oblata Diplomatis Renovationis Homa. gij et Investitura in Ducatum Curlandiæ et Semigalliæ.

Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ et Signi. ficamus et Quomodo coram Nobis Actisq; præsentibus Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparentes Gnõsi Otto Ernestus de Meden Eques Ordinis S. Anno tum Christophorus Antonius Tottien Consiliarius Auli. cus tanquam Illrmi Ernesti Joannis Ducis Curlan. diæ et Semigalliæ Plenipotentes obtulerunt, et ad acti. candum Actisq; præsentibus inscribendum Originale Di ploma Renovationis Homagij Illrmo Ernesto Joanni Du. ci Curlandiæ et Semigalliæ, nec non Investituræ exnunc protunc Illrmo Petro Ejus Filio Principi hæreditario Simultaneæ datum hic Varsaviæ Die Tertia Mensis præsen Januarij Anno nunc currenti Millesimõ Septingentesimõ Sexagesimõ Quintõ per Nos benigniter datum, manu Nostra subscriptum, et Sigillis trinis videlicet Majestatis Nostræ tum Regni et M. D. Litt Majorum Cancellariarum in pixidibus Argenteis deauratis pensilibus Munitum, salvum sanum, et illæsum omnig prorsus suspicionis Notâ carens tenoris sequentis: In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Nos Stanislaus Augustus Dei Gratiâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ. Podoliæ Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscie, Severiæ Czerniechoviæ. Universis et Singulis quorum interest, aut quomodolibet interesse poterit præsenti Diplomate Nostro notum testatumq; faciamus: Quam primum ita disponente Supremo Numine in Solio Regni Poloniæ

Polonia, et Magni Duatus Litte Carissima Patria Nra collocati fuissemus, eò mentem et Animum direximus, ut Soli Administrationi Justitiæ Legum Reipublicæ, tum Patorum Conventorum Solemni Juramento Nostro firmatorum exacte, quantum in Nobis est observantia vacaremus. Cum itaq; per Serñmum Divæ memoriæ Sigismundum Augustum Regem Poloniæ et Rempublicam ex antiquo, de Duatibus Curlandiæ et Semigalliæ constitutum, et provisum sit, ut ijdem Duatus Illñmo Principi Gothardo Kettler Ordinis Theutonici in Livonia Magistro, Ejusq; Masculis Hæredibus de Lumbis Ejus procedentibus Jure Feudi proturne dum Idem Sigismundus Augustus Rex, Eundem Illñmum Principem Gothardum Kettler Magistrum Universamq; Nobilitatem, Civitates, Status et Ordines Terrarum Livoniæ isto tempore hostilitate Moscovitica oppressos, et afflictos, auxilio vero Imperatoris, et Statuum Romani Imperij diu implorato destitutos per Pacta Subjectionis in fidem potestatem, ditionem, et Clientelam Suam Suorumq; Successorum Rñi Poloniæ Susceperat, reservato tamen Sibi, Successoreisq; Serñmis Regibus Poloniæ ac hos Duatus Supremo directo Naturali et immediato Dominio conferrentur id ipsum etiam in Literis Investituræ tam Eidem Illñmo Gothardo, quam Ejus Successoreis de Lumbis Ejus rectâ Lineâ descendentibus Illñmis Friderico Vilhelmo, Jacobo Friderico, Casimiro et Ferdinando Ducibus Curlandiæ, et Semigalliæ per Serenissimos Divæ Memoriæ Stephanum Sigismundum Tertium Vladislaum IV. Joannem Casimirum, Michaelem Joannem Tertium, Augustum Secundum, Reges Poloniæ non interrupta Serie collatis sufficienter præstitum cautum, et asseuratum sit; Porro Deo sic volente Familia Ducalis Kettleriana deficiente Prole Masculina in Persona olim Illñmi Ferdinandi Ducis extincta Duatus Curlandiæ et Semigalliæ prefati Jure Supremi directi naturalis et immediati Dominij, ad Serñmi Prædecessoris Nri Augu

sti

sti Tertij, et Reipublicæ dispositionem devenissent, Cui Prædecessori Nostro Respublica in Comitijs Regni Pñalibus Pacificationis Varsaviæ Annô Domini Millesimô Septingentesimô Trigesimô Sextô, celebratis adhuc vitam agente Suprafato bonæ memoriæ Duce Ferdinando Cõg Annis gravatô, in Casum decessus Illius, ut alii Ducis cum Successoribus Ejus Masculis de Lumbis directe procedentibus investituram Ducatus Curlandiæ et Semigalliæ Diplomate Regio justa praticatum in Simili modum conferret, et quidem tali, à Quo Subsidia Militum essent, et Quî Onerata Mensæ Ducalis Bonæ in Emolumentum, et rem Feudi eximeret, et emundaret, plenam Facultatem dedisset, Is Idem Prædecessor Noster matura cum Senatu deliberatione provia Fausti Ejus Die Decima Quinta Julij Anno Millesimô, Septingentesimo Trigesimo Septimô facta Altrem tunc Dominum Ernestum Joannem S. R. Imperij Comitem de Biron, Qui Singularem Gratiæ Regiæ meruerat respectum, et quem Reipublicæ utilem Regiminis Ducali Idoneum, et dignum, exonerationiq Feudi per priores Duces notabilibus debitis onerati sufficientem esse judicavit, motu proprio pro Jure Supremi ac Directi Dominij, ac Regia et Reipublicæ Authoritate gratiose per Diploma Regium in Curlandia et Semigallia in Livonia Duem, adinstar olim Gothardi Ducis à Divo Sigismundo Augusto Rege creati, cum omnibus præeminentijs Superioritate Territoriali Regalibus ad normam et praxim priorum Duum Curlandiæ, eisq omnibus, quæ Jus Ducatibus annexa, ab ijs uti Feuda vel alio quocunque modo dependent taliq Jurisdictione, prout Pacta Subjectionis, Formula Regiminis et Diploma Provisionale Eidem Domino Ernesto Joanni super hos Ducatus datum, innuunt creavisset, authorisavisset, constituisset

tuisset, et pro Vasallo suo, et Feudatario Principe susce-
pisset, Ipsiq; Investituram solemnem Horum Ducatuum
Actu Corporali more Majorum se collaturum apromisisset,
eodem Anno Millesimô, Septingentesimo Trigesimo Se-
ptimô, juxta obloquentiam Constitutionis de Anno Mille-
simo Septingentesimo Trigesimo Sexto Commissio An-
ni Millesimi Septingentesimi Vigesimi Septimi, adeum
Actum à Serenissimo Republica prorogata, ut cum In-
vestiendo Principe Conditiones ineat Sedani cum Illmi
Principis Ernesti Ioannis Plenipotente Snoro Canella-
rio Hermanno Christophoro Finck de Finckenstein
de Conditionibus Feudi ab Illmo Duce implendis con-
veniret, et vicissim Nomine Serenni Regis et Reipubli-
ca Polona ac Magni Ducatus Litt= firmiter pol-
licita esset, et Fidem dedisset, Serenum Regem et
Rempublicam Celmum Duem Ejusq; Successores, et
Haeredes Feudi efficaciter defensuros, et protecturos,
Duemq; Ejusq; Haeredes in pacifica Possessione, di-
spositione, et facultate asseruros esse, prout latius ea
omnia ex Pacto isto Sedanensi de Die Duodecima No-
vembris Annô Millesimô. Septingentesimô Trigesimô
Septimô patent, ulterius Anno Millesimo Septingen-
tesimo Trigesimo Nono motu proprio Serenissimi Pra-
decessoris Nostri Idem Illmus Dux Ernestus Joan-
nes à Personalitate dispensatus, per Plenipotentiarium
Suum Snum Cancellarium Finck, de Finckenstein
Homagium Serenno Prædecessori Nostro, ac Reipublicæ
prestitisset, per Solitam traditionem Vexilli Feudalis in-
vestitus fuisset. Iuramentum fidelitatis explevisset, et
super promissis Diploma Investiturae de Data Vigesima
Tertia Mensis Julij Millesimo Septingentesimo, Tri-
gesimo Nonô recepisset Reversales suas Dedisset, Con-
ditionibus in Diplomate Infeudationis et in articulis Com-
missionis Sedanensis præfata in Parte Satisfecisset, à
Serenno Prædecessore Nro Indultum ratione proventus
sui in Ducatibus, ob eorundem commodum et emolumen-

tum

tum in illis maximè rerum temporumq; Circumstantijs ali-
bi necessaria de Data Fraustadij Die Decimo Quarto Mer-
sis Julij Millesimô Septingentesimô Trigesimô Septi-
mô habuisset, interea Ludente in humanis Divina Poten-
tia rebus, fatoq; inopinato in adversis positus per plures
Annos in aliena potestate constitutus, et nunquam redi-tu-
rus ad pristinum Statum suppositus in accusatus, et in-
auditus, nullo penitus procedente erga Serenum olim
Prædecessorem Num et Rempublicam de merito Adstipu
lantibus Solis Senatus Consilijs, minimè autem tota Se-
renissima Republica, cujus nomine tamen Ipsi per ha-
cta Supra allegata Gedanensia Commissio ab illa proroga-
ta pacifica Possessio Ducatuum promissa ac cauta fuerat
ab eadem Manu qua Ipsum elevaverat, deprimi Visus, tan
dem propitia Sorte ad Propria Adductus esset, delatoq; toto
negotio ad confederatos Ordines Reipublicæ in Comitijs Con-
vocationis Millesimô Septingentesimô Sexagesimo Quar-
tô congregato adinventum et per Constitutionem Statum sit,
Quoniam Feudum Ducatuum Curlandiæ et Semigallie
Illmo Ernesto Joanni, Ejusq; Proli Masculo, in virtute
Constitutionis Comitialis Anni Millesimi Septingentesi
mi Trigesimi Sexti præcedente ad Mentem hujus Le-
gis cum Commissarijs Reipublicæ Feudali Conventione
sub Obligatione clientorali datum fuisset, Ideo Illmum
Supradictum Duc. Ernestum Joannem Ipsiusq; Prolem
Masculinam circa Jus et possessionem Feudi legitime ob-
tenti conservandum et manutenendum esse. Quia vero con-
tra tenorem Constitutionis Anni Millesimi Sexcentesi-
mi Octuagesimi Tertij Illustritas sua non in propria
Persona, sed per Plenipotentem Anno Millesimo Septin-
gentesimo Trigesimô Nono Homagium prostitisset,
declinatio hujus Legis sue firmitati ita restituta ut
Idem Dux iterum personaliter Homagium expleat, qua-
tenus autem Ei Sanitas et Ætas non permiserint, Fi-
dius Natu major uti post Illum in hoc Ducatus Suc

cessuj

cessurus, id ipsum pro Patre, et Seipso Simultanee Futu-
ro Regi, ac Reipublicæ indilate prestet, eadem quoq; Comitio-
rum Convocationis Constitutione interedentes antea
abiq; Scitu Ordinis Equestris, et Sine Assensu Comitiali
et Resultatis tantum Senatus Consiliorum portrem-
ad hoc Ducatus dispositiones extraditaq; Diplomata,
et omnes inde exorti Actus, tanquam Juribus Reipubli-
cæ contrarij, exindeq; irriti quod minime Illmo Duci
Ernesto Joanni, Ejusq; Successoribus Masculis obstare,
et præjudicare possint, aut debeant, declarato fuerint;
Hac deinde Serma Reipublicæ Jurium Suorum Do-
mina voluntate comperta statim, ac ad Regale Sumus
evecti Solium Illmus Princeps Petrus Illustrissimi
Ernesti Joannis Ducis Filius Natu major advolaverit,
et sufficienti Mandato, ab Illmo Parente Suo instructus,
Supplex petierit ut Ipsi Homagium à Parente Suo An-
no Domini Millesimô Septingentesimo Trigesimô
Nonô prestitum, in quibus illud, et si non sua Causa
a Lege delinaset, præsentia sua Supplere ac Nobis
et Serma Reipublicæ Parentis sui Nomine, simul
vero et a Seipso prestare concederemus, non minus ut
Investituram a Prædecessore Nro Serma olim Rege Au-
gusto Tertio, Illmo Parenti Suo collatam renovare, ex
vigore istius Investituræ tam Parentem Suum, quam
Seipsum de Ducatibus Curlandiæ et Semigalliæ justa
prænominatam non minus ac anteriores Sermorum
Prædecessorum Nostrorum Ducibus Curlandiæ concessas
Investituras, et Privilegia ac Jura absq; ulla eorum di-
minutione investire, dementissime dignarentur, humil-
lime Supplicaset Porro ea, quæ pro Jurium Illmi Du-
cis Ernesti Joannis assertione in Convocationis Comi-
tijs Statuta fuerunt, per Constitutionem Comitiorum Coro-
nationis Nostræ feliciter peractæ repetita, ac magis cor-
roborata sint, simulq; post expedita Reipublicæ negotia,

et finitis

et finitis Comitijs Eundem Illrmum Principem Petrum
ad prestandum predictum Homagium benigne admit-
tere, nec non tam Illrmo Parenti Suo renovando, Ejus-
dem Feudi Jura quam etiam Ipsi Principi Petro Jn-
vestituram concedere constituerimus; Nos inhærendo Con-
stitutionibus profatis huic solennitati post finita feliciter
Comitia Diem Trigesimam primam Mensis Decem-
bris assignavimus, qua benevolentia Nostra grato atq;
Submisso pectore excepta Is idem Illrmus Curlandiæ et
Semigallie Princeps Hereditarius Petrus in hoc termi-
no assignato debite se stitit, coram Throno Nostro Re-
gio petita sua Illrmi Parentis et sui Ipsius nomine
reiteravit, et Solemni ritu ex antiqua consuetudine ser-
vari solito, prestandum juxta profatam Constitutionem
Parentis, et sui Ipsius nomine Homagium ac insequens
Fidei ac fidelitatis Juramentum = Ego Petrus Illrmi
Principis Ernesti Joannis in Livonia Curlandiæ et
Semigallie Ducis Filius et Hæres delegatus Man-
datarius et Plenipotentiarius ex Mandato et in ani-
mam Ejusdem Illrmi Ducis Parentis Mei, nec non
Nomine proprio Juro super hac Sancta Dei Evange-
lia, quod ab hac hora, et deinceps ad ultimos dies
vitæ Nostræ erimus Fideles et obedientes Tibi Sermo
Stanislao Augusto Regi Poloniæ Magno Duci Litt.ae Rus-
siæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ Kijoviæ, Volhyniæ,
Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Cher-
nichoviæq. Sicut Nostro naturali Directo Supremo et
immediato Domino, ac Successoribus Tuis legitimis,
Regibus Poloniæ Dominis Nostris et Reipublicæ contra
omnem hominem nemine prorsus excepto, et quod
nunquam scienter erimus in Consilio vel Auxilio, vel
in facto ex quo /: quod absit :/ amittas vitam, vel mem-
brum aliquod, vel per quod capias in Persona aliquam
lesionem, aut injuriam, vel contumeliam, vel per quod amittas

aliquem

aliquem Honorem, quem nunc habes et post habebis et si sci.
verimus, vel audiverimus de aliquo, qui velit aliquod isto-
rum contra Te facere pro Pose nostro, ut non fiat impe
dimentum prostabimus, et si impedimentum prostare
requiverimus, quam cito poterimus, Tibi nunciabimus,
et contra Eum justa pacta Auxilium Tibi prestabimus,
et si contigerit Te rem aliquam quam habes vel post
habebis casu aliquo amittere eam recuperare curabi-
mus, in recuperataq retinenda Te omni tempore juva-
bimus, et si Seiverimus Te velle contra aliquem pu-
blico Consilio Arma Sumere, et de eo generaliter, vel
specialiter fuerimus requisiti Nostrum Tibi secundum pa-
cta prestabimus Auxilium. Et si aliquod Nobis de Secre-
tis manifestaveris Illud sine tua licentia, nemini pan-
demus, neque quidquam per quod pandatur faciemus,
et si Consilium à Nobis super aliquo facto postulaveris,
illud Tibi dabimus Consilium, quod Tibi Dominijsq
Tuis judicaverimus magis expedire et nunquam ex
personis Nostris aliquod scienter, quod pertinet ad Tuam,
vel Regni Dominiorumq Tuorum Regno adjunctorum vel
in posterum adjungendorum injuriam, vel contumeliam
faciemus, imo Honorem Dignitatem, Commoda Tua Regni
et Dominiorum Tuorum tuebimur et conservabimus, ac
quam maxime poterimus fideliter augebimus denique etiam
pacta priora antiqua omnia, et Singula quocunq tempore
à Predecessoribus Nostris Curlandiæ et Semigallie Ducibus
cum Inclyto hoc Polonie Regno, et M. D. Lit.ae conventa, tum
et Formulam Reginimis et proteritas, ac presentes Tran-
sactiones Conditiones, Sponsiones et Pacta tam cum Sermis
Divo memorie Regibus Poloniæ, et Magnis Ducibus Li-
thuaniæ, quam Tua cum Regia Majestate facta adim-
plebimus, et nihil in contrarium promissis faciemus, ac
preterea omnium et Singulorum Equestris Ordinis et Pri-
vaterum Ducatus Curlandiæ et Semigallie Incolarum
ac Civitatum

au Civitatum Jura Privilegia Libertates, Immunitates, et
Pacta Sacta Tenta integerrima conservabimus, nec quid-
quam in Contrarium earum prejudicij et derogationis fa-
ciemus aut fieri permittemus, quodq; Pacta quæ per Sere-
nissimos Prædecessores Serenitatis Tuæ et antecedaneos
Duces ac Illmum Ducem Parentem Meum Ducem
modernum observata et observanda erant, tum contenta
in Diplomate Investituræ Illmi Ducis Parentis Nri
ac Lras Reversales Petroburgi Die Decima Sexta Decem-
bris Millesimô Septingentesimo Trigesimo Septimo,
ab eodem Datas Manu sua subscriptas Sigillôq; muni-
tas et quidquid Ipsemet sive per Suprafatum Plenipoten-
tiarium Suum tempore et occasione sua Investituræ pro-
miserit Sancte et religiose servare et adimplere apppromit-
to, Sic me et Illmum Ducem Parentem Meum Deus
Adjuvet, et hæc Sancta Dei Evangelia. In manibus Nostris
præstitit et à Nobis vicissim tam pro renovatione Juri-
um Feudi Illmi Parentis Sui, quam pro Se Ipso Feu-
dale Vexillum cum Investitura humillime recepit pro-
missa ergo rata et grata habentes confirmant eaq; dispo-
sitiones verò in præjudicium Jurium Illmi Ducis Erne
sti Joannis cum omnibus exinde orbis actibus eque ac
alia tempore Infortunij Ejusdem Ducis emanata revoci-
pta ut pote Juribus Reipublicæ prædicti Ducis Feudi ac
Ducatuum contraria pro irritis declarantes de Integro So-
lemnem Investituram assentientibus Ordinibus Reipubli-
cæ, et de plenitudine Potestatis Nræ Regiæ contulimus Il-
lustrissimo Duci Ernesto Joanni, ut et Illmo Principi
Suo Filio Petro, et quidem huic exinde protunc quando
per Cessum vel decessum. Quem Deus ad serum ætatem
differat Illmi Parentis Sui Ducatus Curlandiæ, et Se-
migalliæ vacare contigerit, omnia ea quæ à Serenmo Præ-
decessore Nostro Augusto Tertio prænemorato Illmo Duci
Ernesto Joanni jam antea data, concessa et collata sunt
nimirum

nimirum Ducatus Curlandiæ et Semigalliæ et Terras Ci-
vitates Oppida et Arces ex Pactis Subjectionis Investituris
præteritorum Illrmorum Ducum eo pertinentes Ducalem
Titulum adinstar olim Illrmi Ducis in Prussia et ante
riorum Curlandiæ Ducum cum omnibus præeminentijs
Superioritate Territoriali Regalibus Insignibus Privilegijs ac
Juribus Ducalibus absq; ulla Illorum diminutione, ita
ut Vasalli et Feudatarij Principes Nostri et Successo-
rum Nrorum Regum Regniq; M. D. Littæ membra
sint, Eorundemq; Posteri de Lumbi fiducie procedentes
eodem Beneficio perfruantur, Possessioq; collatorum omni-
um quæ hic pro expresse insertis haberi volumus perpe
tuò apud Illos secundum Pacta Primeva Subjectionis, et Ta-
bulas Investiturarum Anteriorum Ducum permaneat, et
omnibus Beneficijs, ac Privilegijs in Diplomate Illrmi Du-
cis Ernesti Joannis contentis pacifice gaudeant, et perfru-
antur cùm verò juxta Constitutionem Anni Millesimi Se-
ptingentesimi Trigesimi Sexti et Conventionem Gedanen
Illustritati suæ Bona Mensæ Ducalis à Debitis libera-
re incumbat, Ideo ut juxta eandem Conventionem ne Dux
plus justo gravetur modus ibi præscriptus servetur, et
ad executionem deducatur, hisce cavemus. Neve etiam Li-
mitum jam præfixorum cum Vicinis Illustritates Suæ
controversiam aut difficultatem habeant, Regia Nostra
Authoritate curabimus. Ubi verò quæstiones de Limitibus
cum Finalis M. D. Littæ ortæ sint, vel fuerint, ad sopien-
dam Litem Commissarios Nros ut una cum Commissari-
js Illrmi Ducis partibus Justitiam dicant et Fundos
controversos dislimitent, quibq; ad præscriptum Pactorum
Subjectionis et anteriorum Investiturarum procedant, de-
putabimus; Interea ne una Pars alteri damnum in-
ferat, aut litem et difficultatem moveat, inhibemus,
Monetæ etiam cudendæ Potestatem Illrmis Ducibus

secundùm

secundum Pacta primeva relinquimus, Siquid porro Illustritatibus suis aliquid vendendum impignorandum permutandumve fuerit, super hoc Illustritatibus Suis Facultatem et Libertatem concedimus, ita tamen, ut de eo ex primo loco ad nos Successores Nostros deferatur, Nobisq Optio detur, si talem Oppignorationem Ipsi acceptare voluerimus, Sin minus tum ij Illustratibus suis, cui velint modo sit Indigena / : quo nomine etiam Poloni et Lithuani secundum Formulam regiminis comprehenduntur : / impignorare liceat. Ut autem Ipse Illrmus Dux Ernestus Joannes in recognitionem Singularis in se beneficentiæ ea omnia Studia et Officia Fidelitatis et Observantiæ erga Nos Sermos Successores Nros Regnumq Poloniæ et M. D. Litt. semper præstabit, qua Vasalli et Feudales Principes erga Suum Supremum et directum Dominum præstare tenentur eodem Pacto Illrmus Petrus Princeps Hæreditarius Illustritatis Suæ exnunc protunc Dux Curlandiæ et Semigalliæ hosce Ducatus possidebit, Nobis Serenissimis Successoribus Nris totiq Regno et Magno Ducatui Lithuaniæ fidelis et obediens erit, Nos vicissim omni Patrocinio amore et benevolentia Boni Regis, et Supremi Directiq Domini eos complectemur, et in Juribus immunitatibus Privilegijs Illorum nullam diminutionem fieri et ab alijs fiat permittemus, quin imo Illrmum Ducem Ernestum Joannem Ejusq Principem Hæreditarium Illrmum Petrum exnunc protunc Duem Ejusq Hæredes Masculos Feudi Successores in pacifica possessione dispositione et facultate usus fructus plenarie percipiendi, contra omnes et Singulos Feudum illegitime impetentes efficaciter protecturos, et defensuros esse Verbo Nostro Regio pro Nobis et Sermis Successoribus Nostris totiq Regno Poloniæ et M. D Litt. promittimus et spondemus. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillis Rni et m. D. Litt. communiri jussimus.

Præsentibus

præsentibus Reverendissimo in Christo Patre Domino Vladislao à Lubno Lubienski Archi Episcopo Gnesnen Primate Regni et M. D. Litt.ᵃ Primoj Principe. Adm Reverendis in Xto Patribus Dominis Antonio Ostrowski Vladislavien et Pomeranie Theodoro Principe Czartoryski Posnanien. Ignatio Massalski Vilnen Hieronymo Szeptycki Ploscen. Joanne Lopacinski Samogitie, Josepho Latuski Kijovien, Gabriele Wodzinski Smolen. Episcopis. Felice Paulo Turski Chelmen Stephano Giedroyez Livonio nominatis Episcopis Illtribus et Mgnis Michaele Oginski Vilnen. Joanne Wielopolski Sandomirien Ignatio Twardowski Calisien Casimiro Dębski Siradien Andrea Moszczenski Juniwladislavien Augusto Alexandro Principe Czartoryski Rusie, Petro Sapieha Smolensciæ, Alexandro Sapieha Polocen Caraji. Duce M. D. Litt.ᵃ Josepho Podoski Ploscen, Josepho de Woyna Subdub Vitebscen, Adalberto Opalinski Masovie, Constantino Ludovico Plater Mscislavien, Paulo Mostowski Pomeranie Palatinis, Rocho Zbijeuski Calisien Thadeo Burzynski Smolen, Joanne Horain Brestен Litt.ᵃ Francisco Czapski Culmen, Josepho Stilzen Livonie Castellanis, tum Gnōis Stanislaō Anluviuz Bricen Xaverio Kochanowski Zarnovien Raphaele Jurowski Premenecen Casimiro Karas Viznen Joanne Rostworowski Zakroczymen itidem Castellanis, nec non Mgnis Francisco Bielinski Regni, Ignatio Oginski M. D. Litt.ᵃ Supremis marschalcis, Andrea Zamoyski Regni Michaele Principe Czartoryski M D Litt.ᵃ Cancellarijs, Reverendo Andrea Młodziejowski Regni et Magnifico Antonio Przeździecki M. D Litt.ᵃ Pro Cancellarijs Theodoro Wessel Rni Michaele Brostowski M D Litt.ᵃ Supremis Thesaurarijs, Vnbli Josepho Kierski Gnōsis Antonio Koposki Rni Joachimo Chreptowicz M D Litt.ᵃ Secretarijs, Dnō. mino Hyacintho Małachowski Rni Ludovico Orlowski M D. Litt.ᵃ Referendarijs Casimiro Principe Poniatowski

Regni.

Regni Stanislao Principe Radziwill M. D Litt^a
Pincamerarijs. Rocho Kossourski Thesaurario Cu-
ria Regni Andrea Ogińskii Ensifero M D Litt^a
Stabuli Prefectis Adamo Poniński Culina Rni Pne
fecto, Augusto Moszynski Regni Polonia, Josepho
Principe Czartoryski M. D. Litt^a Dapiferis, Xaverio
Branicki Subdapifero Regni, Ignatio Potocki Pin-
cerna Regni, Stanislao Principe Czartoryski Regni
Antonio Zabiello M. D Litt^a Venatoribus, Vrbli Mi-
chaele Lipski, Gnonis Augusto Sułkowski, Vladislao
Gurowski Hyacintho Ogrodzki Rni Josepho Sosnow-
ski M. D. Litt^a Notarijs, Friderico Brukl Regni Eu-
stachio Potocki M. D. Litt^a Rei Armamentario Profe-
ctis, Stanislao Principe Lubomirski Excubiarum Rni
Profecto Gaspare Rogalinski Nakielscen, Stanislao Kos-
sowski Siradien Capitaneis, Josepho Podoski Sucu-
merario Terre Dobrynien Theodoro Szydłowski Vexilli-
fero Terre Varsavien Sigismundo Staniszewski Judice
Terrestri Varsavien, Dyzma Szymanowski Pincerna
Varsavien Melchiore Szymanowski Capneo Wisrogro-
dien Mathia Sobolewski Notario Terri Varsavien,
Joanne Rostkowski Capneo Viznen, Joanne Eperie-
szy Vilcomirien, Ignatio Strawinski Slomnicen, Jo-
anne Chlebicki; Jozefowicz Orszanen Capneis, Josepho
Wazgrocki Sucamerario, Josepho Mlocki Capneo Lako-
czynen, Symone Szydłowski Vexillifero, Jacobo Narzym-
ski Pocillatore Ciechanovien, Joanne Czapski Sucami-
nario Culmen, Stanislao Gotowski Mariaburgen, Jo-
anne Piwnicki Ensifero Terrarum Prussia, Simphori-
ano Trembicki Vexillifero Mariaburgen Ludovico Pre-
bendowski Mirachovien Celestino Czapski Knyszynen
Petro Malachowski Osrocimen Capitaneis, Albino Czerny
Vexillifero Osrocimen Josepho Ossolinski Sandomirien
Josepho Moszyński Neoberczynen Ignatio Zaluski Che-
men Ceymeis.

cinenz Capitaneis, ac alijs plurimis Palatinatuum et Ter-
rarum Regni et M. D. Litt.e Terrigenis, tum Secretari-
js Nris Datum Varsaviæ Die III Mensis Januarij An-
no Domini MDCCLXV. Regni vero Nostri Anno Pri-
mô Stanislaus Augustus Rex. Diploma Renova-
tionis Homagij Illustrissimo Joanni Ernesto Duci Cur.
landiæ et Semigalliæ nec non Investiturâ eximuæ pro-
tunc Illmo Petro Ejus Filio Principi Hæreditario,
simultanee datum. Clemens Kozłowski Sigilli majo-
ris Regni protunc Secretarius mp Josephus Dulęba
Sacræ Regiæ Majestatis Sigilli Majoris M. D. Litt.e Se-
cretarius mp. In prætactis verò pixidibus Argentis ex-
pressiones Sigillorum in se continentibus in funiculo
de filis aureis confecto, subappensis Verba exculpta sunt
hoc. Et quidem in pixide Sigilli Majestatici: Regnante
Serenmo Stanislao Augusto Dei Gratiâ Rege Poloniæ
Magno Duce Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Sa-
mogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ,
Smolensciæ, Severiæ et Czerniechoviæ. In pixide autem
Sigilli Majoris Regni verba exculpta sunt hoc. Caneel.
lariatu Illustrissimi et Excellmi Dni Dni Andreæ
Comitis in Kutno et Bieżuń a Zamość Zamoyski Su-
premi Regni Cancellarij Gdnovien et Capitanei Sigil.
latum. In pixide quoq Sigilli majoris M. D. Litt.e Ver-
ba sequentia. Za Sprawą y Przełożeniem Jasnie Oure-
czego Michała na Klewaniu y Zubowie Ziążęcia Czar-
toryskiego Kanclerza Wielkiego W X. Litt.e Homelskie-
go, Turborskiego, Usviatskiego etc Starosty Quod ejusmo-
di Diploma sic ut promissum est Oblatum Nos ad Acta
præsentia Metrices Regni suscipi, ipsdem inseri, et Parti
postulanti extradi Originale verò rursus ijsdem offerentibq
restitui permisimus, de quo recepto Cancellariam Sram
quietarunt præsentibusq quietant et manu propria se se
Subscripserunt. Otto Ernestus de Medem Plenipotens Celsis-
simi Ducis Curlandiæ et Semigalliæ mpp Christophorus
Antonius Tottien Ejusq Celsissimi Ducis Plenipotentiarius mpp

In quorum

In Quorum fide
Roborant Obl
Conjuges Mar
in rem Sñosi
Stanislaus Aug
de coram Nobis
cellaria Nostra
graffii Ignatius
Litt.e Marschalc
Mentibus et Compo
citibus et Juris di
tenti, reuendo pr
secum Bonis
incorporando spon
gnoverunt, prose
tionem certam D
simè protenti M
tô hui Varsaviæ
orum Millium
Sñso Baroni D
scentes datam,
de Sigillô gentil
do communitam
nestibus Conditio
mant roborant

In Quorum fidem et Actum et Relatio ut Supra.

Actum Varsavia Sab
batho in Crastino Festi
Conversionis Sancti Pau-
li Apostoli Die scilicet 26
Mensis Januarij Annô
Domini 1765.

Roborant Obligationem Magnifici Ogińscy
Conjuges Mareschalci Supremi M. D. Litt.
in rem Gnosi Baronis de Symonowicz

Stanislaus Augustus et Significamus et Quorum-
do coram Nobis Actisq; presentibus Metrices Regni Can-
cellaria Nostra Majoris personaliter comparentes Ma-
gnifici Ignatius de Kozielsko Ogiński Supremus M.D.
Litt. Mareschalcus, et Helena Ogińska Conjuges San
Mentibus et Corporibus existentes a Foro Terris, Distri
ctibus et Jurisdictione sua quavis propria et compe-
tenti, recedendo presenti verò Nostra Regia Jurisdictioni
Secum Bonis Suis generaliter omnibus subjiciendo et
incorporando sponte palam libere ac per expressum reco-
gnoverunt, presentibusq; recognoscunt. Quia Ipsi Obliga-
tionem certam Die Prima Mensis Novembris Annô pro-
xime preteritô Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quar-
tô hic Varsavia conscriptam, super Summa Capitali Du-
orum Millium Aurcorum Hungaricalium justi ponderis
Gnoso Baroni de Symonowicz per Eosdem Recogno-
scentes datam, manibusq; Eorum propriis subscriptam
ac Sigillô gentilitio in Cera rubra Hyspanica expres-
so communitam in omnibus punctis Clausulis Articulis
nexibus Conditionibus et ligamentis approbant confir-
mant roborant et ratificant eademq; Obligationi tam in

toto

toto quam in quavis minima parte stare ac satisfacere se-
cum suis Successoribus submittunt praesentibusq; Declarant
ac in Casu eidem Obligationi non satisfactionis Forum ubiqui
narium ad respondendum assignant, Hac Illorum perso-
nali recognitione ad praemissa mediante in forma alias robo-
rationis Obligationis plenissima ac de Jure perfectissima.
Quam fidem Magnifici Recognoscentes manibus propris
subscripserunt. Ignatius de Koziełsk Oginski Supremus Ma-
gni Ducatus Lithuaniae Marschalcus. Helena Ogin-
ska MKW x. Litt. Quam ejusmodi Roboration em obligato
riam sic ut praemissum fatam, et recognitam. Nos eam ratam
firmam ac de Jure validam habentes, habericq; ab omnibus ve-
lentes eam ad acta praesentia Metrices Regni suscipi,
ijdem inseri, et Parti postulanti in forma Authentica ex-
tradi permisimus In quorum fidem &c. Actum ut supra.
Relatio Illrmi et Excellmi Domini Supremi Regni Can-
cellarij

Actum Varsaviae Feriâ
Quintâ post Festum Con
versionis Sancti Pauli Apo.
stoli proximâ Die scilicet
Trigesima Mensis Janu-
arij annô Dni 1785.

Constituit Plenipotentes Magnificus Antoni
us Przezdziecki Pro Cancellarius M. D. Litto
et Capitaneus Pinscensis.

Stanislaus Augustus &c. Significamus &c.
Quomodo Coram Nobis Actis q praesentibus Metrices Regni
Cancellariae Nostrae Majoris personaliter comparens Magni-
ficus Antonius Przezdziecki Procancellarius M. D. Litto
et Capneus Pinscensis Sanus mente et Corpore existens rece-
dendo à Foro Terris Districtibus et Jurisdictione sua qua-
vis propria et competenti praesenti verò Nostrae Regiae se
cum Bonis suis generaliter omnibus subijciendo et inscripso
rando

rando sponte palàm liberè ac per expressum recognovit pre-
sentibusq recognoscit. Quia Ipse suo et Magnificorum Mi-
chaelis Dominici, Constantiæ Helenæ et Mariannæ Filio-
rum et Filiarum suarum nomine cum olim Mgca Catha-
rina de Ogińskie Consorte sua legitimè procreatorum, Ge-
nerosos Antonium Bąkowski Camerarium Terræ Nu-
ren, quorumvis Nominum Szeluta, Turski Subdapi-
ferum Mielnicen, Gasparum Witkowski Viceregentem
Castren Luccoien, Felicianum Brzezicki, Georgium Bia-
łopiotrowicz, Martinum Waszkiewicz Camerarium Mo-
zyren, Stanislaum Herzyk, quorumvis nominum Komo-
rowski, Lubkowski, Michaelem Bucewicz Burgrabium
Luccoien, Dominicum Lojarski Pincernam Upitscensem,
Joannem Gerzdowicz Capitaneum Mozimborgen, Lucam
Kozłowski, Michaelem Wzgrzecki, Michaelem Kaniewski,
Christophorum Konieczyński, Martinum Chmianowski, Mi-
chaelem Szabłowinski Incisorem minscensem, cujusvis
Nominis Luziański in suos veros Legitimos Indubitatosq
Speciales Plenipotentes ad Triennium integrum ac Trimestre
eligit, constituit inscribit ac solenniter Ordinat. Dans et conce-
dens Ipsis et Cuilibet eorum plenariam facultatem, omni-
modamq et absolutam potestatem Causas generaliter
omnes, et singulas cum quibuscis Personis occasione cujus-
vis negotij in omni Judicio vel Officio tam Regni quàm
Magni Ducatus Lithuaniæ Majorum et Minorum Subsel-
siorum ejusdemq Terræ et Districtus etiam Judicijs Tri-
bunalitijs Commissionum, et Condescensionum habitas et ha-
bendas institutas, et instituendas promovendi, defenden-
di, Jure tuendi, Comparitiones inscribendi Decreta suscipi-
endi à Contrarijs appellandi seu movendi, ac prosequen-
di, Juramenta attentandi, penas judiciarias levandi, de
levatis quietandi, Intromissiones in Bona offerendi, et
apprehendendi, executiones urgendi et attentandi, arresta
imponendi, Solis verò Gnōsis Ignatio Szelutta Capneo
Metelicensi, Feliciano Brzezicki Capitaneo Jarnicvien,

Michaeli

Michaeli Buciewicz Burgrabio Lucoriensi. Dominico Zajarski Pincerna Upitscensi, Joanni Serzodowiez Capitaneo Morimborgen, Martino Waszkiewicz Camerario Mozyrensi, Antonio Bydzyński, Sergio Białopiotrowicz, Michaeli Kanickowski cujusvis nominis Turski Subdapifero Mielnicen Michaeli Szablowinski Inuisori Minscensi Stanislao Henryk Pincerna Polocen, ac cujusvis nominis Luzianski Summas quasvis, ac penas Lites a quibusvis Personis recipiendi, de receptis quietandi, Transactiones ineundi, roborandi, alios Plenipotentes in Locum Sui pro exigentia Causarum Nomine sui Regnascentis substituendi, inscribendi, cetera[q] pro Causarum et negotiorum exigentia debito Juris Ordine peragendi et exequendi, Promittens et inscribens se Idem Mgnus Regnascens quidquid per supradictos Plenipotentes suos sive Eorum Substitutos in premissis rite et legitime peractum et expeditum sit, ac totum pro rato et grato firmoq; „ac valido suscepturum. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante in forma alias Plenipotentiâ plenissima ac de Jure perfectissima, quam Idem Mgnus Regnascens manu propria subscripsit Art. Przedziecki Procancellarius M.D. Litt[a]. Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut premissum factam, et recognitam Nos eam ratam firmam gratam ac de Jure validam habentes habereq; ab omnibus volentes, eam ad acta proxen Metrices Regni Lusciepi, ipsam inseri, et Parti postulanti in forma Authentica extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra Relatio Supremi Rni Cancellarij.

Sub eodem Actu

Laborant Transactionem Gnori Lubomirska Vexil. Ufora Regni, et Piaskowski Tribunus Vlodimirien

Stanislaus

Stanislaus Augustus &c. Significamus &c. Quomodo coram Nobis Actisq̃ presentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra majoris personaliter comparentes Gnosia Joanna de Stayn, olim Gnosi Georgij Lubomirski S.R.I. Principis Supremi Vexilliferi Regni Consors Vidua ab una, atq̃ Gnosus Nicolaus Junosza Piaskowski Tribunus Volodimiriensis parte ab altera, sani mentibus et Corporibus existentes recedendo à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, presenti verò Nostre Regiæ Jurisdictioni se cum omnibus suis generaliter omnibus subjiciendo et ineorporando sponte palàm liberè ac per expressum recognoverunt, presentibusq̃ recognoscunt. Quia Ipsi Scriptum seu veriùs Transactionem certam hic Varsavia Die hesterna Actum presentem precedente conscriptam, et Sigillis Gentilitijs in cera rubra hyspanica expressis communitam, ac Vadio Septuaginta Millium florenorum Polon vallatam, in omnibus punctis clausulis et ligamentis roborant approbant et ratificant eidemq̃ stare et parere secum suis Successoribus obligant et submittunt, et in casu contraventionis Forum Castrense Lucoriense Aut Varsavien, sive etiam Judicij Tribunalis Regni Lublinen. sibi ad respondendum assignant. Hîs suis Personalibus Recognitionibus ad premissa mediantibus, In forma aliàs Roborationis Transactionis plenissima ac de Jure perfectissima, quam manibus propriis subscripserunt. Joanna Xiężna Lubomirska. Nikolay Junosza Piaskowski mp. Quam ejusmodi Roborationem Transactionis sic ut premissum factam, et recognitam, Nos eam ratam firmam ac de Jure validam habentes habericq̃ ab omnibus volentes eam ad Acta presen Metrices Regni Suscipi ijsdem inseri et Parti postulanti in forma authentica extradi permisimus In quorum fidem &c. Actum ut supra Relatu Illustris Succretni Regni Cancellarij.
In manibusq̃ earundem Partium subscriptam = Subeodem.

Sub eodem actu

Roborant Contractum resignatorium Bonorum Gotlow et aliorum Gnoi Adolphus Princeps Lubomirski et Adamus Poninski Praefectus Culinae Regni

rzyńki et Stowikowski pro sortibus Stowikowa cum ad.
ditamento octuaginta florenorum facta partis citatæ eli.
cit, ac informat; Etenim idem Lacus exvi notabilis quanti
tatis, ac sua nomenclatura in Resignatione Ville Dą
browka per Nobilem Vincentium Jastrzembski, Nobili
Jacobo Turzyńki in Castro Bidgostiensi recognita, spe-
cificatus, juxta resonantiam Resignatoriam antiquitus ad
Bona Dąmbrowka spectans et pertinens, insimul cum
Villa Dąmbrowka Jurisquæsitori cessit, quamvis post-
hac per Turzynski idem Lacus à Dąmbrowka Dismem.
bratus non desijt esse tamen Limes intermedians inter
Borras Advocatie ex una, et Dąmbrowki ex altera par.
te, non igitur distincta sed connexa hæreditas Dąm
browki, et Peterzyna ante abalienationem suipse, clare
elicitur. Nec ea citatorum convincit illatio, quod Tu.
rzyński circa commutationem Dąbrowki Jus sibi ad
Lacum Peterzyno non reservans Stanisłowskiemu
resignasse presumitur, siquidem libuit et licuit pro

Terra

Terra Nowikowa cum additamento Octuaginta Florenorum commutare, siquidem ad equivalentiam Dąmbrowlie et Petrzyna sortes Nowikowa non sufficerant. vix quispiam est, qui Transactiones commutatorias plusultra specifice expressa Bona ad alia etiam non expressa extendi posse putet, quo enim non cadunt sub nexum Transactionis, ea juris Quesitor nullatenus ultra obloquentiam vendicare valet, prout de facto per anteriores Dąmbrowlii Heredes nec per commutantem ulla eo nomine intercepit, quaestio, ideo incompetens citatorum cessat ratio, ad hoc: quia evidenter profatum lacum attingunt Lundi Dąmbrowienses, condemnato Petrkovia in Judicijs Ordinarijs Prealibus Tribunalis Regni Feriâ Tertiâ post Dominicam Reminiscere Anno Millesimo Sexcentesimo Quintô, ex parte Prefatorum Joannis Burgrabij Castren Juniv Ladislavien, Felicis Joannis et Lucæ Plawinskich super Gnosis Januscio et Alberto Kozieleckie citatis, pro eo: Quia Ipsi circa Lacum Petrzyno in Lundo proprio Dąmbrowlii eidem Lacui contiguo et adjacenti Domum novam erexerunt, obtenta et publicata Deduxit, opinionemve citatorum reprobavit. porro suppositum citatorum in Fundamento Rescripti Commissionis Anni millesimi Quingentesimi Octuagesimi Sexti Actis Castren Bydgostien Feriâ Quintâ post Festum S. Michaelis ingrossati, efformatum tollit, subsequens sub eodem Actu seorsive Commissionis Regiæ oblata, ac Innotescentianum Gnosis Joanni et Andreæ Plawinskium ex vi collateralitatis adcitatis intimatarum; Relatio recognita. Penultimo ulterior conjectura Gnosi olim Smoguleckii Capitanei Bydgostien à Gnosis Kozieleckie pro Judicijs Terrestribus Bydgostien citati pro eo: Quia Diversorium cum edificijs in Fundo circa Lacum Petrzyno combussit, circa

Controversiam

Controversiam nude inferentis, ac si circum quaqua Lauy Fundus Regius situs sit, nullo Documento Iuliensis nihil evincit. Siquidem de Juris regula simplex allegatio tollitur, simplici negatione, ad hoc quia eidem verbali allegationi repugnat, Privilegium locationis Advocatiam Bidgostiensem à Lacu Petzyno nisi inchoari, ibidemq; et terminari diiperens, tum quia hoc eadem Civitas, et Advocatia Bidgostien circumquaqua militum sedentium habet suos Limites; Novaviesautem vigore Lustrationis Anni 1661 nisi cum Oppido Solec Granicij suos habere demonstratur. Verum est quod Contractus Venditionis Dambrowki non projudicat citatis, Siquidem dimissorum nisi Bonorum suorum ad perpetuam rei memoriam circumscripsit, et indigitavit Granicium. Ex premissis igitur et alijs rationibus verbotenus invectis de insubsistentia citatorum Protestationis in fundamento supra allegatorum Documentorum, tum continui pacifici usus Borranum et Lundorum non pridem per Advocatiam quastionatorum, ac denig mappa per juratum Geometram ad requisitionem Advocatorum Bidgostien erecta, in archivo Advocatiæ ab Anno 1624. conservata Actoribus communicata, et transcopiata quam solennissimè protestatur. Denig in ulteriori procedendo Ductu demonstravit Pars Actorea Scopulum Parietalem, Lundum Regalem cum Dambrowcien distinguentem, prope margines Lacus Petzyno in quo Pinus excreta circa viam de Strzebl ad villam Dabrowka tendentem, protestatur Pars citata, et nullum esse Bonorum Villæ Dabrowka, verum Bonorum Regalium Civitatis, et Villæ Brzoza asseruit, parietem, eundemq; allegatum Scopulum non esse actualem verum montiulum aliquem è terra elevatum, quem Scopulum Judicium resarari mandavit, à quo resecato nihil quidquam inventum. Demum continuo circa

ca eundem Lacum Peltzyno è regione nimirum Civita
tem Bidgoszcz respiciente, usq ad Summitatem seu de-
terminium ejusdem Lacus, versus villam Brzoza respi-
ciens, à quo determinio continuavit ulterius Dutum
linea ad fluvium dictum Notec naturalem Limitem
ibiq parietem suum determinavit, et ab inde Sursum eo-
dem fluvio protensionem Granicierum Villa Dambrow-
ka ad angularitatem Villa Jerewa supra fato Contractu
Anni 1717. tum et exhibitione Mappa remonstravit, et
deduxit. Pars verò citata intulit Protestationem, quod
circa Lacum Peltzyno Villa Dambrowka nullum habet
parietem, quia idem Lacus Peltzyno non est in hereditte
Villa Dambrowka, verùm est distincta hereditatis et cir-
cumquaqua Lacus Peltzyno sunt Fundi Regales et adhu
usq in Possessione Advocatiæ Bidgostien existentes, jam
verò Pars Actorea determinando Dutum suum circa flu-
vium Notei omnino Scopulos Angulares remonstrare
debuerat, et non remonstravit, neq documento aliquo evi-
cit, utrum cum Bonis Labiszyn habeat aliquas Gra-
nicies, siquidem Fluvius Notei præmissa Bona cum Bo-
nis Advocatiæ distingvit, adeoq de nullitate totius Du-
ctus Partis Actoreæ protestatur. Pars quoq citata nem-
pe Communitas Villarum Regalium Nowawies et Bro-
za inchoavit Dutum suum à Fossa circa Campos
Bonorum Krazkowa et Dąbrowka iacente angulariter
protendente circa Dziemiona, prout Divisio Villarum
Krazkowa et Palczyn in Vigilia Festi Sæ Margare-
thæ Anno 1512. subsecuta, et Actis Castren Bidgosti
ensibus Feriâ Secundâ post Festum Natalis Sancti
Joannis Baptistæ 1717 inserta, et in Dutu Partis
Actoreæ connotata edisserit, quod ad Dziemiona suam
debet habere protensionem, et circa præmissam situa-
tionem Judicij Commissorialis demonstravit Pars cita-
ta, quod non rectilinio, sed obliquè à præmissa Fos-
sa Pars actorea suum jam expeditum formavit Du-
ctum, et quod non in Dziemiany sed à Dziemiany an-

gularitas

gularitas formari debet præmissa Divisione Pars cita
ta deduebat. Protestatur Pars autorea contra inchoa
tionem Ductus Partis Citatæ ex ijs fundamentis. Quia
eadem Pars citata à Fossa Graniuali parietaliter fundos
Kraszkowa Collegij Bidgostien à Dextris et Villa Dam.
browki Magnifici Komierowskii hereditaria à Sinistrij
sitos distinguente, in confinio Fundorum Dambrove.
censium Siliginе conseminatorum ex una, initio autem
Pratorum ex altera parte, ab duo ad Bona Dambrow.
ka in pacifica possessione et continuo usu citra ul-
lam controversiam existentium inhoans, apertionem
suam ad hoc loco Dziemiona initiarentur, nullo Docu.
mento probavit; siquidem hocce Lutum Dziemiona nun.
cupatum in alia parte sub borra et montibus ad septem
trionem sitis cum profunditate aquæ versus Nowawiesz
protenditur, ubi Pars Autorea circa Ductum sui primi.
tivum demonstravit locatum est, tum quia Citati intu-
itu horumce Pratorum in antiquissimo usu Horeum
Dambroween existentium ad presens per Citatos pra.
tensorum, nullam querimoniam, nec litis contestatio.
nem factam fuisse producens, imaginativè ipsi eundem
Ductum prope Villam Dambrowka in proprio ejus fun.
do inhoavit, exindeq; non agnoscendo Citatos hoc loco pra.
tensam angularitatem de incubsistentia ejus ex præmis.
sis et alijs rationibus verbotenus illatis manifestatur,
Protestatur quoq; Collegium Bidgostiense non agno-
scendo in eodem loco citt angularitatem verum circa
locum Palustrem et Canosum Dziemiona appellatum,
in alia parte horumce Pratorum ad Bona Kraszkowa
antiquitus spectantium, sub Borra et montibus extase
inferrunt, eaq; ratione Documentum suum Divisoriale
explicant, offerendo se id testimonijs Senum Deductorum.
Reprotestatur quoq; Pars citata exinde, quia præmissa

Prata

Prata sunt Regalia in Dzierniany sita et Krazkowa Divisio suprascripta tantum ad Dzierniany protendentiam determinat, pCr dq Collegium Bidgostien Societatis Illi eadem Prata atq villa Dambrowka indebite sibi usurpant, et ab eadem angularitate duxit Pars citata convertendo se ad plagam inter meridiem et occidentem estivalem, rectâ Lineâ circa Dzierniona Advocatia Bidgostien ad Dextram et Campis Villa Dambrowka, à Sinistra ad viam quæ duit ex Civitate Bidgoszcz ad Dambrowka stratam, demonstravitq Scopulum notabilem ulnas in Longitudinem Tredecem, in Latitudinem Undecem, prope viam eandem collapsum, perindeq circumferentiæ æqualitatem plenè non tenentem, eundemq Scopulum resarari petijt. Protestatur Pars Actorea contra præsumptum Scopulum, asserendo esse monticulum, siquidem non est Juris Campestris neq praxis tam ingentis magnitudinis in Longum et Latum erigi Scopules, tum quia hoc Loco non reperitur apertum lutum Dzierniona in alio loco contentum, sed lutum Opowka vocatur, tum quia non solum contra naturam Privilegij Locationis Anni 1346. Advocatis Bidgostien collati, Confirmationibus Regijs solidati, Fundos Regales post Paum Pelzyno extare non indigitantis, imo quod inter Bona Militum circa quaqua Sedentium dicta Advocatia complectatur differentis, tum contra mentem Lustrationis Anni 1661. Villam Nowawies ex ipsa nomenclatura novam erectionem in fundis Regalibus Villæ Barlodzieje /: ut præsumitur :/ noviter locatam; ideò Granicies ejusdem Villæ Nowawieś tantum cum Civitate Bidgoszcz, et Oppido Solec habere describitur, quam etiam contra elevationem mappæ superius specificatæ in Anno 1642. per antecedaneos

cedancos Advocatos Bidgortien confii procurato,
idem Dutus et Scopulus demonstratur, tum quia
noviter contra premissa suborta movetur questio. Re.
protestatur Pars citata elevationem premissam Sco.
puli esse per rationem exercetarum arborum pirati
carum binarum, unius magne alterius minoris,
quarum arborum tantum Stipites, unus recentior cras
sior, alter autem plene putrefactus extant, et quod idem
Scopulus possit esse aialis, sive angularis, Villarum Bro.
za et Nowawiés utrarumq; Regalium, et Ville Dambra
lii hereditarie trinas Concurrentias demonstrare, quo
Ville uti Regales in Resignationibus Laus Petzyno
Anni millesimi Quingentesimi Decimi Octavi, et alijs
subsequentibus completuntur, circum quaqua Laus
Petzyno testante Resignatione fundi Regales se se ex.
tendunt, in cujus Scopuli remonstrati verificationem resa.
rationem ejusdem, Pars citata petijt, que reseratio Par.
tibus est declarata. Quo quidem reserato nihil quid.
quam ex Signis metallibus inventum, itaq; Dutum
suum ulterius plus minus duobus Stadijs continuan
do devenit ad quendam collem, et eundem pro Scopu.
lo parietali sumptum, refariari petijt, in quo resarato
prout in primo nihil repertum, ulterius vero duxit
Pars citata recte per Borram ac Paludes ad Fluvium
Noteé angularitatemq; Ville Jezevo, et Ville Nowa.
wieś Regalis, reproduxitq; eo intuitu Relationem ad-
citationis Ville Jezevo in Castro Bidgortien Feria Quin-
ta post Festum Sancti michaelis Archangeli Anno
1586. recognitam, deducendo, attingere Villam Jeze.
vo cum Villa Nowawieś, et ibidem ad Fluvium
Noteé Dutum suum determinavit, Protestatur
Pars Actorea contra totum Dutum Sattis citate,
nec à quo nec per quem, nec ad quem pro exigentia
Jurisfinium regundorum, primo ab oriente, versus oc.
cidentem, intra Campos et Prata Dambrovicensia

binis

binis stadijs à Curia Dambrovecen exequitantis, tum deinde per Borram Dambrowki ad Limites inter hæreditates Jezewa, et Dambrowka sibi contiguas, parietem dictam à meridie, ad Septentrionem, versus fluvium Notec deflectentis, Prædium Kolambowo in latifundijs Dambrowki proprietarijs ante aliquot Decades annorum locatum, et erectum, ad Advocatiam avellere intendentis, citra omnem agnitionem Collateralium Documentorumvè probabiliter plus ultra milliare à Nowawieś protensum; post hac ab Occidente ad plagam Orientem æstivalem Contractu venditorio inter Gnosos Lubstowskie, et Konierowskii in anno 1717 conscripto, à Patris Dambrovecen ad Bona Palezyn exceptuatis. Possessione Palezynensium Hæredum ad usq existentibus, contra omnem evidentiam editum protestatur. Expediverunt Partes utrasq Duetus suos in quorum verificationem necessariam esse Inquisitionem instantaneam, per utrasq Partes Judicium petset decernendo, quatenus eandem per Testes Fide dignos, et rei gesta bene gnaros Partes seu Plenipotentiarij earundem peragant et expediant, vi cujus expediendæ Inquisitionj, additur Ministerialis Judicialis eidem ad pronunciandam super incorruptos nec appreciatos, Testes Juramenti Rotham prestiterunt. Et quidem Mgus Stanislaus Konierowski Tribunus Bidgostien, nomine Magnifici Josephi Konierowski Pincerna Juniwladislavien, Bonorum Dambrowka hæredis Frater Germanus et Specialis Plenipotens, et Generosus Clemens Wiotzowski Illustris Mgi Andreæ Zamoyski Supremi Regni Cancellarij Advocatio Bidgostien Possessoris itidem nomine, itaq satisfactione hoc in puncto adinventa, Interrogatoria conscribere ac sibi ab invicem communicare, Testesq induere Judicium injungit, Interrogatoria conscripserunt, sibiq communicarunt,

J Testes

et Testes induxerunt, quos inductos, et seorsim prævio corporali Juramento auersitos, Judicium præsens Commissoriale examinavit auscultavit, et recognitiones eorundem fideliter connotavit, ad lectionemq; earundem Inquisitionum et Documentorum se contulit; Quibus tam Inquisitionibus quam et Documentis lectis, et matura deliberatione propensis et rutinatis; licet quidem Pars Actorea Hæres Bonorum Dambrowka incipiendo Dutum suum à Lossa veteri Granitiali inter Campos Krazkowien et Dambrowka parictaliter cunte ad Prata Borowe Lali se se protrahente seu protendente, Documentis Collateralium, et agnitione eorum Inquisitionibusq; inductis ulteriorem protentionem Fratis ijsdem circiter ad Duodecem Stadia inaccessibilia parietem inter Bona Krazkowa, et Dambrowka ad aialitatem Krazkowa et Nowawieś in Pariete Dambrowka evicerit, et Documentis authentiis probaverit, Pratag; Lutosa et majori in parte inaccessibilia Dziemiona vocitata, notabilis magnitudinis ut supra Granicialium Dambrowskii cum Krazkowa Borowe Lali, ultra verò Dabrowka circa Sylvam se se extendentia Osowka, vulgari verò Sermone Hominum ignorantium in his nomenclatura totalia Dziemiony vocitata à matrice sua adinstar Laudorum ubi pisces capiuntur, extant non procul à Villa Nowawies in usq; deduxerit. Quoniam tamen in ulteriori Tractu obliquè et in gyrum nec Signis, nec Scopulis Granicialibus super equitato, et ut supra annotato defecerit; Pars itidem Citata per fundum Dambrowcensem nunquam questionatum Dutum suum totalium, nec collateralium agnitione, neq; Scopulis Granicialibus, nec Documentis evincentibus demonstraverit, et fulcierit. Quapropter in tali Dubietate Causæ Sæculis inveterata, insistendo Legi communi et consuetudini moris Campestris Judicium Commissoriale non obstantibus per Partes remonstratis et

peraitis

peractis imo reprobatis Dnitibus ex re oculis subjecta,
tum in parte Documentis juxta Summarios reponitis, ac
Inquisitionibus inhærendo neutri Partium favendo, solum
DEUM Legem et Conscientiam pra oculis habendo, meliùs
Juramentô Dnetum seu Granicien inter Bona et Fundos ad
præsens controversos ita constituendu per moderamen arbi-
tratur, dirigereq; sequenti modo decrevit. Incipiendo à
Fossa veteri Granicali inter Fundos Dambrovecen à Sini
stra, et Krazkowa à Dextra parietaliter se protendente,
rectè in Prata Lutosa et inaccessibilia, ubi ad præsens
nullum Signum imponi, nec Scopulus erigi valet, atqùe
Dziemiona usq; ad Scopulum notabilem sub monte et Bor-
ra non ita procul à Diverforio Nowcyuzi Regalis, penes
bivium de villa Pężewo Terrestri, et Brzoza Regali, ad vil-
lam Nowawieś Regalem se tendente, primo loco parietali-
ter inter Fundos Regales Nowcyuzi et Terrestres villa
Dambrowka jacentem, situatum; Ab eodem verò Scopulo
rectilinio usq; ad Lacum Pelczyno, non tangendo Lacum pro-
pe viam de Oppido Bydgoszcz Luniwladislaviam tendentem,
circa verò Lacum margine illius ad dextram partem remon-
strantem, ita prout se obliquè protrahit, et profluit, usq;
ad determinium ejusdem Lacus Pelczyno; à quo determi-
nio prafati Lacus pari rectilinio usq; ad Scopulum circa
Fluvium Noteć dictum per Judicium præsens resara-
tum, terram mistam lateris aliquot Frusta minuta,
et testarum argillacearum sparsim in se habentem,
penes Prata Palczynskie dicta in Fundo Dambrove-
censi sitas, scorsivo Contractu ex hæreditate Dam-
browki ad Bona Palczyn applicata; Quem Scopu-
lum licet extra Dnetum jacentem formam tamen
Scopuli Granicialis habentem, pro vero Limitum,
Bonaq; seu Fundos Dambrovecenses à Bonis Rega-
libus Brzoza ab eo providentiam dissterminantem
agnoscit, et ad formandum rectilinium à determi
natis per præsens Judicium locis, ut supra scriptum

est

est à Scopulo non procul Dziemiona erecto et sipato ad La-
cum Petrzyno, à Lacu Petrzyno, et ab eodem ad Determini
um Lacus ejusdem, et inde itidem rectilinio ad Scopulum,
circa fluvium Noteć situm Deputandum et ordinandum
clarissimum Dominum Joannem Nepomucenum Sawor-
ski in universitate Cracovien Philosophiæ Magi-
strum, Matheseos Professorem Geometram Jura-
tum ad presens in Academia Culmensi Rhetoricæ
et Dialecticæ Professorem, ad faciliorem rectilinij for-
mationem uti in locis lutosis conosis et monticulo-
sis, à partibus conductum, suspensa tantisper si-
patione Scopulorum censuit. Tandem vergente Sole
ad Occasum ac donec idem Clarissimus Geometra pre-
fatum rectilinium non perfecerit, Jurisdictionem suam
ad Feriam Tertiam in Crastino Festi Sanctæ Magda-
lenæ per Ministerialem Actui presenti assistentem,
reclamandum mandavit, et est reclamata, reassumpta
itaq; sua Commissoriali Jurisdictione eadem Feriâ Tertiâ
in Crastino Festi Sanctæ Magdalenæ, et per Minister
rialem Ludicij Apparitorem in Acta expressum acla-
mata. Siquidem Idem Clarissimus Geometra recti
linium de integro perfecit; Quapropter Ludicium ad con-
stituendum parietem, et quidem inter Bona Nowaviés
Regalia à parte Dextra, et Lundos Dąmbrowka Ter-
restres à parte Sinistra, accepit, quem incipiendo à
Fossa inter Bona Krużkowa et Dąmbrowka Granicia-
li rectè Per Prata Lutosa, et in accessibilia, ubi ad
presens nullum Signum imponi, nec Scopulus eri-
gi valuit, transeundo eadem Prata et Dziemiany
in altera parte versus borram haud procul diverso
rium villæ Regalis Nowaviés circa bivium, nempe
ex Bonis Villæ Brzoza Regalis alterius Villæ Je-
zewo Terrestris utrarumq; viarum ad villam Nowa
viés Regalem tendentium ad plagam ab Occasu ver-
sus Septentrionem se convertendo. Primum Scopulum

notabilem

notabilem in rectilinio aialitatis præmisso & impositis signis metalicis ut pote dimoscorco ferreo, lateribus, testis argillaceis, carbonibus, vitro et lapidibus ad formam Cruis positis sipavit, penes quem in arbore pinatica incisionem ad instar Cruis exidi mandavit, Denum alterum pro custode passibus octodecem sub monte. Tertium denique transcenso monte in planitie à præmisso custode Ducentis cubitis. Quartum sub monte. Quintum post monte in planitie; Sextum in loco elevatiori non procul à Palude Kawli vocitata, circa arborem pinaticam in qua incisio Cruis facta; Septimum in ipsa palude Kawli cum Signis metalicis, ut supra et infixione pali constituit; à quo loco impedientibus locis lutosis et palustribus in locum sipationis sicopulorum subsequendorum, nempe Octavi Noni, Decimi, Undecimi, Duodecimi, Decimi Tertij, Decimi Quarti, Decimi Quinti, Decimi Sexti, Decimi Septimi, Decimi Octavi, Palis notabilibus arboreis pari distantia Ducentorum cubitorum unius ab alio sine Signis metalicis insignavit. Decimum nonum Sicopulum, inter eandem paludem in loco elevatiori monticuloso, Cubitis Septuaginta Quinque à procedenti inter arbores recenter excretas pinaticas, cum Signis metalicis erexit, in locum vigesimi Sicopuli paloverisimili alijs in distantia à procedenti cubitorum centum viginti quinque designavit. Vigesimum Primum in loco monticuloso inter eandem Paludes sitos; Vigesimum Secundum post præmissam paludem Kawli in loco elevatiori inter arbores pinaticas. Vigesimum Tertium sub monte circa agrum non cultum Bozawola ad presens nuncupatum, prope siliginem Honesti Joannis Szmelter. Vigesimum Quartum in campo culto, per eundem Szmelter Siligine

conseminato

conseminato. Vigesimum Quintum in campo Dicti = Smelter. Vigesimum Sextum in eodem Campo sub monte prope Borram pinaticam. Vigesimum Septimum in Borra pinatica inter concreta recentia ejusdem arboris. Vigesimum Octavum, Vigesimum Nonum, in planitie.. Trigesimum in loco parumper elevatiori, penes arbores pinaticas binas. Trigesimum Primum in planitie penes arborem pinaticam, in qua incisio Crucis facta. Trigesimum Secundum, circa arbores concretas pinaticas non procul à Palude ex Lacu Pelczyno profluente. Trigesimum Tertium in planitie, circa arbores pinaticas binas, ex quibus una incisione Crucis signata ubi Sulci reperiuntur antiqui absoleti. Trigesimum Quartum non procul à via de Bidgoszcz à dextra scopuli Junivladislaviam tendente, et à Lacu Pelczyno à Sinistra parte hos omnes Scopulos pariter Decentis cubitis à se Distantes constituit. Trigesimum Quintum in confinio Lacus Pelczyno angularem prestantiorem alijs circa ipsam viam publicam de Bidgoszcz Junivladislaviam tendentem, cubitis à precedenti Scopulo Centum Septuaginta Duobus et medio Bonorum Regalium Nowaviés Angularem, Bonorum autem Dambrowka parietalem è diametro prefatorum fundorum Regalium Advocatid parietaliter Secum convenientium, circa quem in distantia passuum Quindecem minutiorem Scopulum pro indicio parietis citra se: non tangendo Lacum Pelczyna:/ Littore progredientes credit, et penes eum in arbore crassa pinatica incisionem adinstar Crucis mandavit exsculpi, quos Scopulos distantia ut supra expressa, et Signis metalicis similibus insignivit Si-

pavit, et erexit. Tandem ab eodem Scopulo progredien
do, absq; sipatione Scopulorum super margines obli-
què multis in locis proallegati Lauci Petzyno
dicti se protendentes devenium ad determinium
Lauci ejusdem Petzyno, quo in loco convertendo se ad
Plagam inter Orientem, versus meridiem Scopulum
aialem notabilem impositis Signis metalicis,
ut pote Dimoscoreo Ferreo lateribus testis argilla-
ceis, vitro et lapidibus ad instar Cruis fundorum
parietaliter secum convenientium, et quidem ad par-
tem dextram Bonorum Villa Regalis Brzoza,
ad Sinistram verò Bonorum Terrestrium Dąmbrow-
ka, ultra se extendentium sipavit, prope viam stratam
publicam de Bydgoszcz ad Jezewo tendentem, à quo
Scopulo in parietem ultra se convertendo distantia
ducentorum cubitorum scopulum ab aialitate; Secun-
dum in Sylva betulacea in planitie. Tertium in ea-
dem Sylva in planitie: Quartum in dicta Sylva
inter virgultas: Quintum inter concreta betulacea.
Sextum inter concreta partim pinatica, partim be-
tulacea, penes arborem pinaticam, in qua incisio
Cruis facta. Septimum in borra pinatica inter
arbores pinaticas, ex quibus in una incisio Cru-
cis facta, Octavum in dicta borra ex opposito, cu-
jus incisio Cruis in arbore pinatica à praemisso
Scopulo passibus Decem distante, à parte Sini
stra facta. Nonum inter concreta partim pinati
ca partim betulacea. Decimum inter eadem con-
creta ex opposito cujus arbor pinatica à parte
dextra extat, in qua incisio Cruis facta, à pre-
misso Scopulo passibus septem. Undecimum inter
eadem concreta non procul ab agro siligine consemi
nato

nato Honesti Jacobi Witlant, Duodecimum inter
prodicta concreta; Decimum tertium inter concreta
betulacea; Decimum quartum inter premissa concre
ta betulacea; Decimum Quintum angularem pre
stantissimum fundos Bonorum Villa Brzoza Rega-
les à Fundis Terrestribus Bonorum Villæ Dąm-
browka parietaliter disterminantem, ex opposito
fluvij Noteć, peres Prata Palczynensia in fundo Bo-
norum Dąbrowka existentia constituit, et in æquali dis-
tantia impositis similibus Signis metalicis, ut supra
annotatis insignivit, sipavit, erexit, et determinavit.
Quibus itaq̃ peractis Graniciebus et Scopulis inter
præfata Bona Dąbrowka Terrestria, et Villas Re-
gales Nowawieś et Brzoza definitis, Judicium pre-
sens Commissoriale robur perpetuæ firmitatis attri-
buit, et ad proclamationem ejusdem, Ministerialem
Actui presenti asistentem ordinavit, prout idem Mini
sterialis instantaneè præmissa nemine contradicente,
voce sua præconia publicavit, proclamavit. Quo verò
spectat pretensiones Partis Actoreæ ex ratione fundo-
rum Terrestrium à Bonis Dąbrowka per antecedа-
neos Privilegiatos Advocatio Bydgostiensis Tenu-
tarios avulsorum, ac aliarum injurianum ad Actum
presentis Privilegij Illustrissimo Zamoyski Supre-
mo Regni Cancellario super hanc Advocatiam Bd-
gostien collati, habitarum, Judicium salvam viam
agendi, cum quo de Jure competierit, Parti Actoreæ
præcustodit, agat, si voluerit. Ad extremum Ston-
stis Hollandis qui presenti limitatione parietibus
scopulorum circumsepti, Hæredi Bonorum Villæ
Dąmbrowka cesserunt, omnem libertatem aut in
his ædificijs commanendi, sive ubi voluerint suis
cum Inventarijs, ac omni Supellectili Domestica de
transferendi

transferendi, Judicium presens Commissoriale præsto-
dit. Tandem idem Judicium Commissoriale decisis omni
bus Cathegorijs sibi Instrumento Rescripti Sacræ Re.
giæ Majestatis precommissis, Inquisitiones presenti in
Termino per Partes edutas, per Judicium presens ex.
peditas, in omnem casum Sigillis gentilitijs Magni.
ficorum Commissariorum obsigillatas, Partibus ex.
tradendas censuit. Decreti presentis vigore. Antoni
us Wolski Succamararius Juniwladislaviensis Com.
missarius Sæ Rae Mtis mp Locus Sigilli gentilitij
in cera rubra hispanica expressi. Paulus Chmielew.
ski Subdapifer Bidgostien Commissarius Sæ Rae Mtis
mp Locus Sigilli gentilitij in cera rubra hispanica ex.
pressi. Josephus Korytowski Thesaurarius Prædecessij
Commissarius Sæ Rae Mtis mp Locus Sigilli genti
litij in cera rubra Hispanica expressi. Jacobus Jachol.
ski Capitaneus Fasienecen Commissarius Sæ Rae Mtis
mp Locus Sigilli gentilitij in cera rubra hispani.
ca expressi. Jacobus Lipiński Pincerna Podlai no-
tarius Castren Walcen Commissarius Sæ Rae Mtis
mp Locus Sigilli gentilitij in cera rubra hispa
nica expressi. Martinus Perettia Choynacki Camera
rius Generalis Juniwladislavien Commissarius
Sæ Rae Mtis mp Locus Sigilli gentilitij in cera
rubra hispanica expressi. Quem ejusmodi Actum
Granicialem sicut præmissum oblatum, Nos eum
ad acta presentia Metrices Regni suscipi ipsem
inseri et Parti postulanti in forma authentica ex.
tradi permisimus. Originale verò unà cum mappa
circa acta presentia Idem Generosus offerens reli-
quit, et manu propria se subscripsit. Clemens Ko.
złowski Sigilli Majoris Rni Scribæ mpp In quo.
rum fidem Ex actum ut supra. Relatio Illustris

Limi

simi ac Excellmi Domini Andreæ in Biezuń et Kutno à Zamoyśći Zamoyski Supremi Regni Cancellarij

Actum Varsaviæ Sabbathô post Festum Sancti Martini Episcopi proximâ Die videlicet Decima Sexta Mensis Novembris Anno Domini Millesimô Septingentesimô Septingentesimô Sexagesimô Quintô

Roborant Contractum Generosi Adolphus Lubomirski S. R. J. Princeps, et Poniński Culinæ Regni Præfectus.

Stanislaus Augustus &c. Significamus &c. Quomodo coram Nobis Actisq; præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparentes Generosus Adolphus Comes in Wisniez et Jarosław Lubomirski S. R. J. Princeps Vexillifer Rides Regni, olim Generosi Georgij Lubomirski Vexilliferi Regni cum Gnôsa Joanna de Sztayn Conjuges procreatus Filius Bonorum Tractûs Bolechoviensis Hæres ab una, et Gnosus Adamus Poninski Culinæ Regni Præfectus partibus ab altera, sani mentibus et corporibus et corporibus existentes à Foro Terrij Districtibus et Jurisdictionibus suis quibuscunq; propijs et competentibus recedendo, præsenti verò Nostræ Regiæ Jurisdictioni secum Bonis suis generaliter omnibus Subijciendo et incorporando, sponte palam liberè ac per expressum recognoverunt, præsentibusq; recognoscunt. Quia Ipsi certum Contractum ratione in eodem contentorum hic Varsaviæ Die Quarta Mensis Novembris Anno nunc currenti

renti 1765 initum, et conclusum, manibus suis propri-
js subscriptum, et Sigillis gentilitijs in cera rubra hi-
spanica expressis communitum, ac Vadio Quingento-
rum Millium Florenorum Polonicalium firmatum,
in omnibus prædicti Contractus punctis, clausulis
articulis, nexibus, et ligamentis approbant, confir-
mant, roborant, ac ratificant, eundemq; Contractum
tam in toto, quam in quavis minima parte tenere
et adimplere se submittunt, Declarant, et aspecu-
rant. In casu verò eidem Contractui in aliquo puncto
contravencionis Forum ubiquinarium de respondem-
dum sibi, suis cum Successoribus, idq; sub vadio præ-
tato Quingentorum Millium Florenorum Poloni-
calium assignant; Pro quo quidem Vadio taliter
exinde succubito, citata existens una Pars, hujus Con-
tractui de præsens roborato, contraveniens, ex instantia
alterius Partis eundem Contractum tenentis et ad-
implentis, ad Forum quodcunq; tenebitur suis cum
Successoribus in primo citationis Termino peremptò-
rie Stare, Juri parere et omne Judicatum pati. Vadi-
um prætactum solvere, quo soluto nihilominus præ-
libato Contractui satisfacere se obligant. His su-
is personalibus Recognitionibus ad premissa
mediantibus. In forma aliàs Roborationis Contra-
ctûs plenissima ac de Jure perfectissima Quam
manibus suis propriis subscripserunt. Adolf Lubo-
mirski mpp. Adam Lodzia Poniński Ł K. mp..
Quam ejusmodi Roborationem sic ut premissum
factam et recognitam, Nos eam ratam fir
mam ac de Jure validam habentes habe-
rig ab omnibus volentes eam ad acta pre-
sentia Metrices Regni suscipi ijsdem inseri
et Parti postulanti in forma authentica ex-
tradi permisimus In quorum fidem Et Actum
et Relat

et Relatio ut Supra.

Subeodem Actu

Roborant Contractum Gnosi Poninski Culina Regni Prafectus, et Dzierzbicki Vexillifer Lancicensis.

Stanislaus Augustus &c Significamus &c Quo modo coram Nobis actisq; presentibus Metrices Regni Cancellario Nostro majoris personaliter comparentes, Gnosus Adamus Lodzie Poninski Culina Regni Prafectus ab una, et Generosus Simon Dzierzbicki Vexillifer Lancicien parte ab altera, sani mentibus et Corporibus existentes à Foro Terris Districtibus et Jurisdictionibus suis quibuscis proprijs et competentibus recedendo, presenti verò Nostre Regie Jurisdictioni secum Bonis suis generaliter omnibus subijciendo et incorporando, sponte palam liberè ac per expressum recognoverunt, presentibusq; recognoscunt. Quia Ipsi certum Contractum ratione in eo contentorum hic Varsavie Die Decima Mensis Novembris Anno nunc currenti 1765. initum et conclusum, manibus suis proprijs subscriptum, et Sigillis gentilitijs in cera rubra hispanica Hispanica expressis communitum; ac Vadiô Mille Trecentorum Aureorum Hungaricalium firmatum, in omnibus prediti Contractus punctis, clausulis, articulis, nexibus et ligamentis, approbant confirmant, roborant, ac ratificant, eundem Contractum tam in toto quam in quavis minima parte tenere et adimplere se submittunt, declarant, et aspeurant. In casu verò eidem Contractui in aliquo puncto non satisfactionis una Pars ad Forum competen-

peten[s]

petens citata existens, huji Contractui ad presens roborato contraveniens, ex instantia alterius Partis eundem Contractum tenentis et adimplentis tenebitur suis cum Successoribus in primo citationis Termino peremptorie stare, Juri parere, et omne Judicatum pati, Vadium Mille Trecentorum Aureorum Hungaricalium solvere, quo soluto nihilominus prelibato Contractui satisfacere se obligant. His suis personalibus Recognitionibus ad premissa mediantibus In forma alias Roborationis, plenissima ac de Jure perfectissima, quam Manibus propriis subscripserunt. Adam Lodzia Poninski K. K. mp. Simon Dzierzbicki Vexillifer Lanz. & P. C. mp. Quam ejusmodi Roborationem Contractus sic ut premissum fatam et recognitam, Nos eam ratam firmam ac de Jure validam habentes, haberiq; abomnibus volentes eam ad Acta presentia Metrices Regni Jussimus, ijdem inseri et Parti postulanti in forma authentica extradi permisimus. In Quorum fidem &c Actum et Relatio ut supra

Actum Varsaviæ Sabbathô in Crastino Festi Sancti Nicolai Episcopi Die scilicet Septima Mensis Decembris Annô Domini millesimô Septingentesimo Sexagesimô Quintô

. Roborat Scriptum M. D. Litt^a in rem Stężycensis.

Gnora Mniszchowa Succameraria Gnosi Bętkowskii Equillatoris Terra Stężycensis.

Stanislaus Augustus &c Significamus &c Quomodo coram Nobis Actisq; presentibus Metrices Regni Cancellaria Nostræ Majoris personaliter comparens Gnora Catharina de Zamoyskie Mniszchowa Succameraria M. D. Litt^a Javorowien Stężyroviensis &c Capitanea ett Gnosi Joannis Vandalini Mniszech Succameranj M. D. Litt^a

Litt^a Vidua

Litte Vidua, sana mente et corpore existens à Toro Terris Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, presenti verò Nostro Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter omnibus subijciendo et incorporando, sponte palam liberè ac per expressum recognovit, presentibusq; recognouit. Quia Ipsa Asseurationem certam in rem Gnoti Luce Bethorski Focillatoris Terræ Stężycen in Golemb Die Vigesima Quarta Mensis Junij Anno ad presens currenti Millesimô Septingentesimô Sexagesimô Quintô Super Summa Sexaginta Septem millium Quadringentorum Quadraginta Octo Florenorum Grossorum Viginti Duorum et solidum Unum Polonicalium datum, manu Gnoti Recognoscentis subscriptam et Sigillô gentilitiô in cera rubra Stipsania expresso communitam in omnibus punctis et Legamentis approbat, roborat, et ratificat, Eidemq; Asseurationi tam in toto quam in quavis minima parte se suis cum Successoribus satisfacere submittit, ac declarat. In casu verò eidem asseurationi in aliquo puncto non satisfaciendum sibi assignat. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante. In forma aliàs Roborationis plenissima ac de Jure perfectissima quam manu sua propria subscripsit. Mniszchowa. L. U. X. Litte. Quam ejusmodi Roborationem sic ut premissum factam et recognitam, Nos eam ratam firmam firmam ac de Jure valiDam habentes haberiq; ab omnibus volentes eam ad Acta presen Metrices Regni susciposi ijdem inseri et Tarti postulanti authentice extradi permisimus In quorum fidem. et Actum et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Tertiâ post Festum Jm maculate

maulatæ Conceptionis Bea-
tissimæ Virginis Mariæ
proxima Die scilicet Dei-
ma Mensis Decembris An-
no Domini 1765.

Roborant Contractum Gnosi Jezierski Thes:
saurarius Lucoviensis, et Adolphus S.R.I.
Princeps Lubomirski.

Stanislaus Augustus &c. Significamus &c. Quomodo
coram Nobis Actisq; præsentibus Metricæ Regni San
cellariæ Nostræ Majoris personaliter comparentes, Gnosus
Hyacinthus Jezierski Thesaurarius Lukovien ab una,
atq; Gnosus Adolphus S.R.I. Imperij Princeps Lubo-
mirski Vexilliferides Regni parte ab altera, sani men-
tibus et corporibus existentes a Foro Terris Districti
bus et Jurisdictionibus suis quibuscis proprijs et com-
petentibus recedendo, præsenti verò Nostræ Regiæ Juris-
dictioni secum Bonis suis generaliter omnibus subjici
endo et incorporando, coram palam libere ac per expres-
sum recognoverunt, præsentibusq; recognoscunt. Quia
Ipsi certum Contractum Resignatorium Bonorum
Villæ Kępa Falińska, ac Sortium Nowawies et
Falenicæ in Palatinatu Masoviæ Terra Varsavien sitō-
rum, hic Varsaviæ inter eosdem Recognoscentes Die
Septima Mensis præsentis Decembris Anno nunc
currenti 1765. initum, et conclusum, manibus suis pro-
prijs

prijs subscriptum subscriptum, et Sigillis Gentilitijs in ce:
ra rubra hispanica expressis communitum, in omnibus
punctis, clausulis, articulis, nexibus et ligamentis, ap:
probant, confirmant, roborant, ac ratificant, eidemq Con:
tractui, tam in toto, quam in quavis minima parte se
suis cum Successoribus satisfacere submittunt, ac ase:
curant. In casu verò eidem Contractui in aliquo punto
contraventionis Forum ubiquitarium ad respondendum si:
bi assignant. Alis suis personalibus Recognitionii:
bus ad premissa mediant In forma alias Roboratio:
nis Contractus plenissima ac de Jure perfectissima, quam ma:
nibus propriis subscripserunt. Hyacinthus Jezierski
T. L. mp. Adolf. Lubomirski mpp. Quam ejusmodi
Roborationem sic ut premissum factam et recognitam
Nos eam ratam firmam, ac de Jure validam habentes,
habericq ab omnibus volentes eam ad Acta presentia
Metricis Regni susciji ejsdem inseri, et Sarti postulanti
in forma Authentica extradi permisimus In quorum &
Actum et Relatio ut supra

Sub eodem Actu

Donat G. Jezierski Thesaurarius Lucov:
ensis Villam Vispa Falinska cum sortes No:
wawies et Falenice Gnoso Adolpho S. R. J. Prin:
cipi Lubomirski Vexilliferido Regni
Stanislaus Augustus &c Significamus &c. Quod co:
ram Nobis actisq presentibus Metricis Regni Cancella:
ria Nostra Majoris personaliter comparens Generosus
Hyacinthus

Hyacinthus Jezierski Thesaurarius Lubovien sanus
mente et corpore existens à Foro Terris Districtibus et
Jurisdictione sua quavis propria et competenti reuden:
do, præsenti verò Nostra Regia Jurisdictioni secum
Bonis suis generaliter omnibus subijciendo et incor:
porando sponte palam libere ac per expressum reco:
gnovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse Genero:
so Adolpho S. R. Imperij Principi Luborsirski Vexil:
liferide Regni ejusq; Successoribus, jam exnunc et de
facto Bona sua hæreditaria Villam videlicet Kempa, Fa:
linska, cum sortes suas Villarum Nowawieś et Faleniec
in Palatinatu Masovie Terra Varsaviensi sitt, cum omni
Jure suo, Dominio proprietate, propinquitate titulog hæ:
reditario, ac omnibus eorundem Bonorum utilitatibus,
usibus, fructibus, proventibus, commodis, et obventioni:
bus, areis, curijs, ædificijs, structuris parvis et magnis,
agris, pratis campis, Sylvis et indaginibus, aquis, sta:
gnis, piscinis, piscinulis, Fluvijs, fluminibus, Torrenti:
bus ac quarumvis aquarum decursibus, Molendinis Mo:
lendinatoribus, Tabernis Tabernatoribus, Subditis, Cme:
thonibus, Hortulanis et Inquilinis ad præsens in Bonis
dictis Kępa Falińska et Sortibus Nowawieś ac Faleni:
a residentibus, quam profugis eorumq; Uxoribus pueris,
pecoribus, pecudibus, totaq; eorum supellectili domestica,
datijs, Decimis, tributis, censibus, Dierum laboribus, Cu:
stodijs, vigilijs diurnis et nocturnis, cunctaq; obedientia
et Subditura Cmethonali per Ipsos præstari debita,

cunctis

cunctis denig attinentijs et pertinentijs antiquitus ad ea:
dem Bona spectantibus, nullis penitus exceptis, sed ita
latè longè et circumferentialiter prout in suis metis
et limitibus extant, et extabant pura mera ac irrevoca:
bili Donatione pro pretio in Contractu expresso: de quo
plenariè et integraliter ac in effectu exoluta, Idem Gene:
rosus Jezierski Thesaurarius Luthoviensis prafatum
Gnosum Adolphum Principem Luborirski Vexilliferi:
dam Regni quietat: dat, donat, confert, inscribit et re:
signat, Nihil sibi suisq Successoribus quidquam Juris
aut cujusvis pratextus et pretensionis ad eadem Bo:
na Vepa Falinska, ac Portium Nowawies et Faleni:
ce reservando et excipiendo. Intromissionem Ipsi in pre:
fata Bona praesentibus resignata, per Ministerialem
Regni Generalem quemvis, et Nobiles duos quosvis
fidiles pro tempore conducendos officiosè acceptan:
dam liberè dat, et de facto admittit, Pacem cum tuitio:
ne et evictione sufficienti cavet, ac inscribet, idq sub da:
mnis Terrestribus simplici verbo absq Juramento cor:
porali taxandis et edicendis in casu contraventionis suc:
cubendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus tali:
ter ut praemissum est taxatis, et edictis ac succubitis cita:
tus existens Idem Gnosus Recognoscens suis cum Suc:
cessoribus remotis omnibus Juris diffugijs et Fori exce:
ptione ad Instantiam Ejusdem Gnosi Donatarij sui,
sive ejus Successorum ad Judicium Terrestre, sive Officium
Castrense Varsaviense aut Tribunalis Regni Petrico:

vien-

vien recebitur illi coram Judicio semper in primo Juris Citationisq̃ Termino tanquam peremptorio peremptorie stare, Juri parere, respondere, comparendoq̃ damna predicta Terrestria succubita solvere, quibus solutis, nihil: hominus Inscriptioni presenti in toto satisfacere, ac omne Judicatum Officij illius de Jure non exequendo pati. Hac sua personali Recognitione ad praxrissa mediante Jn forma aliàs Donationis solenissima ac de Jure perfectissima. Quam manu propria subscripsit. Hyacinthus Jezierski. T. L. mp. Quam ejusmodi Donationem sic ut premissum factam et recognitam, Nos eam rattam firmam ac de Jure validam habentes haberiq̃ ab omnibus volentes, eam ad Acta presentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti in forma authentica extràdi permisimus. In quorum etc

Actum et Relatio Supremi Regni Cancellarij ut supra

Sub eodem Actu

Roborat Scriptum G. Lonzynski Culina Regni Praefectus, in rem Gnosi Jezierski Thesaurarij Luovviensis

Stanislaus Augustus etc Significamus etc Quod coram Nobis Actisq̃ presentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparens Generosus Adamus Lodzia Lonzynski Culina Regni Praefectus sanae mentis et corporis existens à Toro Terris Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria et competenti

tenti recedendo, praesenti vero Nostra Regia Jurisdictioni secum Bonis suis generaliter omnibus subijciendo et in: corporando, exponte palam liberè ac per expressum reco: gnovit, praesentibusq recognoscit. Quia Ipse Scriptum certum Manuale hic Varsavia Die Septima Mensis Sep: tembris Anno nunc currenti 1765. confectum, manuq sua propria subscriptum, et Sigillo Gentilitio in cera rubra Hispanica expresso communitum, Gnoze Hya: cintho Jezierski Thesaurario Luthoviensi super Sum: mam Trium Millium Quingentorum Aureorum Hungaricalium datum, in omnibus ejusdem Scripti punctis, clausulis, et conditionibus approbat, confirmat roborat, et ratificat, Forumq sibi suisq Successoribus in casu contraventionis hujc Scripto ad respondendum ubiquinarium assignat. Hac sua personali Reco: gnitione ad praemissa mediante. In forma alias Robo: rationis plenissima ac de Jure perfectissima quam manu propria subscripsit. Adam Lodzia Lozin: ski. V. V. mpp. Quam ejusmodi Roborationem sic ut praemissum factam et recognitam, Nos eam ratam firmam ac de Jure validam habentes, haberiq ab omni: bus volentes, eam ad acta praesentia Metricas Regni suscipi iszdem inseri, et Parti postulanti in forma au: thentica extradi permisimus. In quorum fidem &c. actum et Relatio ut supra

Actum Varsaviae Feriâ Quin: tâ post Festum Immaculatae Conceptionis Deiparae Virginis Mariae proximâ Die scilicet

scilicet Duodecima Men:
sis Decembris Annõ
Domini 1765.

Roborat Scriptum Gnõsius Essenius Con:
siliarius Legationum Aula Saxonica
in rem Gnõsa de Chene Consortis sua
Datum.

Stanislaus Augustus Dei Gratia et. Significa:
mus et. Quod coram Nobis Actisq; praesentibus Metri:
ces Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter com:
parens Gnõsius Augustus Franciscus Essenius Consiliari:
us Legationum Aula Saxonica sanus mente et corpore
existens, à Foro Terris Districtibus et Jurisdictione sua
quavis propria et competenti recedendo, praesenti verò No:
stra Regia Jurisdictioni secum Bonis suis generaliter
omnibus subijciendo et incorporando sponte palam libere ac
per expressum recognovit praesentibusq; recognoscit. Quia
Ipse Scriptum certum in rem et Personam Generosa De:
tronella Paulina de Chene Consortis sua hic Varsaviae
Die Nona Mensis praesentis Decembris Anno nunc curren:
ti 1765. confectum, manu sua propria subscriptum, et Si:
gillo Gentilitio in cera rubra hispanica expresso communi:
tum in omnibus ejusdem Scripti punctis clausulis, et Con:
ditionibus approbat, confirmat, roborat et ratificat, Ei:
demq; Scripto tam in toto quam in quavis minima par:
te se suis cum Successoribus satisfacere submittit ac as:
serat. Hac vua personali Recognitione ad premissa

mediante, in forma aliàs Roborationis poleniſsima ac de Jure perfectiſsima, quam Idem Gnosus Recognoscens manu propria se subscripsit. August Franc Ossenius.

Quam quidem Roborationem sic ut praemissum factam et recognitam, Nos eam ratam firmam ac de Jure valitam habentes, haberiq; ab omnibus volentes, eam ad acta praesentia Metricis Regni sumpsi ijsdem inseri, et Partiti postulanti in forma authentica extradi permisimus.

Et in continenti oblatum est idem supra tactum Scriptum ad Actaq; praesentia ad ingrossandum porrectum, cujus tenor est talis= Ja August Franciszek Essenius Konsyliarz Poselstwa Dworu Saskiego zeznawam dobrowolnie niniejszym pisaniem moim: Iż Ja wraz y z Żoną moią niżey wyrażoną odstępuiąc od dyspozycyi Prawa Saskiego, czyli Drezdeńskiego, Massuiąc oraz wszelkie Transakcye w Saxonij zaszłe y uczynione; Maiąc zaś w pamięci nayprzod wyprawę z Domu Żony mojey Jeymość Pani Petronelli Pauliny de Chene do mnie uczynioną, tudzież maiąc względ; Iż pensią od. J. K. M. Nayiaśniejszey Królowey Jeymci Oneyże łaskawie naznaczoną Ja do siebie odbieralem, Jako też iż Za Królewiczy Nay od J. K. Mci Nayiaśniejszego Augusta Trzeciego Nam Obojgu wraz konferowane a przezemnie sprzedane Ja pieniądze względem, pragnąc za tym aby mi dzy Nami dostateczne bydź mogło uspokojenie nadgrodzaiąc to wszystko nie przychylaiąc się wcale ani do Saskiego albo Drezdeńskiego Prawa, ani też iakich Król: wiek Transakcyi lub Testamentow, które przez ten czas

zaszły

zaszły, y owszem od nich zupełnie odstępuiąc postanowiłem
teyże Jeymości Petronelli de Chene dać y ustanowić
pewną Summę iakoż daię y postanawiam Dwana-
ście Tysięcy Talerow Currant, każdy rachuiąc po Tym-
5. Takowym sposobem to iest teraz zaraz wypłacam Czer-
wonych Złotych Tysiąc Siedmset Sześć dziesiąt Sześć oprocz
tego daię Assignacie do Jmci Pana Vicesyliarza Bens:
dorffa na Summy Czerwonych Złotych Czterysta Pięćdzie-
siąt Cztery, y Talerow Dwieście Dico Czerwonych Złt
454. y Talerow 200. Także do Jmci Pana Fridery:
cha Eperiusza na Summę Talerow Sto Dziewięćdzie-
siąt, iako też do Jmci. Pana Sonneta na Czerwonych Złotych
Czterysta y do tegoż samego zozobna na Czerwonych
Złt Siedmset Siedmdziesiąt ieden Które bez odwłoki
wypłacone będą. Zaś Summę Dwa Tysiące Talerow
przezwalczam do Jmci Pana Vicesyliarza Bartemberka
Ktorą corocznie po Talerow Pięćset przez Lat Cztery
bez zawodu wypłaci. Te tedy Summy iako istotnie
y rzetelnie do wypłacenia przekazuię, tak naprze-
ciwko moim Assignacom, albo przekazaniu zadney
czynić nie będę przeciwney dispozycyi; A ieżelibym
uczynił, więc takowe przeciwności moie żadney wagi
nieć nie powinny, y wydane moie wyrzey wyrażone Assi-
gnacie swoię ważność y exekucią mieć powinny, oprocz
zaś wyrzey wyrażoney Summy Dwunastu Tysięcy Ta-
lerow obliguię się corocznie rzeczę Jeymości Pani postrzegaią
będzie wypłacać po Czterysta Talerow czy to z Vienny
w Saskiey Kassie mianey, czy też z moich własnych

Dochodow

dochodow y własności bez żadney odwłoki lub wymowki.
Przerzeczona zaś Summa Dwanaście Tysięcy Talerow na
przyszłe czasy takowy skutek y konice wziąć powinna to
iest: ieżeliby między Nami nastąpił rozwód? więc cała ta
Summa Dwanaście Tysięcy Talerow zostać ma, u
pomienioney Jeymci y Jey Sukcessorow własnością y wie:
cznością, do Ktorey ani Ja ani moi Sukcessorowie żadne:
go Prawa ani pretensyi formować y pretendować nie bę:
dą mogli; Sensią iednak wspomnionę chroby nastąpił
Rozwod, potąd zyć będę wypłacać corocznie po Tale:
row Cztersta submittuię się; Jeżeliby zaś Rozwod nie
nastąpił, a ieżeliby wprzod Jeymc umrzeć miała nie:
li Ja. Więc ta cała Summa Dwanaście Tysięcy Tale:
row do Mnie wrocić się powinna, a ieżeliby co więcey
za Życia swego przysposobiła, więc przenoszęca Kwota
y przysposobiona do Sukcessorow Jeymci będzie nale:
żała, czy to w rzeczach y Ruchomościach, czy to w pienią:
dzach. A ieżeliby Mnie Jeymę przeżyła więc często
wspomniona Summa cała Dwanaście Tysięcy Tale:
row zostać ma przy Jeymci y Jey Sukcessorach wola:
snością wiecznemi czasy. Niniejsze zaś postanowie:
nie dobrym umysłem uczynione, aby niewątpliwą y nie:
naruszoną miało trwałość obliguię się Xięgami Akten:
tycznemi roborować Ręką się własną przy przyciśnie:
niu Pieczęci podpisuię w Warszawie Die Nona De:
cembris 1765. August Franz Ejsenius. Lo:
cus Sigilli gentilitij in cera rubra hispanica expressi
Quod ejusmodi scriptum sic ut praemissum oblatum

Nos

Nos ad Acta præsentia Metrices Regni suscipi iisdem inse-
ri, et Sarti postulanti in forma authentica extradi f. Origi-
nale verò rursus restitui permisimus De quo recepto Can-
cellaria Nostra quietatur. In quorum fidem &c Actum
ut supra. Relatio Illrmi et Excellmi Domini Andreæ
in Biezun et Kutno à Zamość Zamoyski Supremi Reni
Cancellarij

Działo się w Warszawie w
Sobotę po Święcie Niepokala-
nego Poczęcia Nayświętszey Ma-
ryi Panny nayblizszą, to iest
Dnia Czternastego Miesiąca
Grudnia Roku Pańskiego Ro-
ku Pańskiego 1765.

Przyznanie Kwitu przez Urodzoną Barbarę
Wołłowiczownę Pisarzownę Ziemską Słonimską
Kanoniczkę Warszawską

Stanisław August &c Oznaymuiemy &c Iako przed
Nami y Xięgami Niniejszemi Metryki Koronney Wię-
kszey Kancellaryi osobiście stanąwszy Urodzona Bar-
bara Wołłowiczowna Pisarzowna Ziemska Słonimska
Kanoniczka Warszawska zdrowa na Ciele y umyśle od
swoiey własney Jurysdykcyi odstępuiąc niniejszey za-
Naszey Królewskiey siebie z Dobrami swoymi poddaiąc
dobrowolnie y oczywiście zeznała y zeznaie. Iako
Kwit z Summy Trzech Tysięcy Pięciset Tymfow na
Osoby WW. y UU. Karola y Hieronima Xiązat
Radziwiłłow Woiewodziców Wileńskich iako: Akto

row Wielebnego w Bogu Ignacego Biskupa Wileńskiego,
Michała Kasztelana Wileńskiego Hetmana W. W. X.
Litt. Masalskich, Michała Czartoryskiego Kanclerza
W. W. X. Litt., Antoniego Hrabi Przezdzieckiego Podkan:
clerzego W. X. Litt., Józefa Xcia Radziwiłła Pisarza
W. X. Litt. iako Curatorow y Tutorow, y Strawin:
skiego Sądowego Powiatu Słonimskiego Starostę iako
Plenipotenta Summę wzwyż wyrażoną wypłacaiącego
tu w Warszawie Dnia Dwunastego Miesiąca Gru:
dnia Roku 1756. sporządzony Ręką teyże Urodzoney
Wołłowiczowny y Świadkow czyli Pieczętarzow podpisa:
ny, który iest słowo w słowo brzmienia takowego =
Barbara Wołłowiczowna Pisarzowna Ziemska Powia:
tur devolvig debebunt sine quovis impedimento et contra=
dictione successorum prefate Gde Consortis ejus, et
Similiter si contigerit Gam. Consortem prius quam
ejus Maritum vitâ fungi, extunc prefatus Gus
Maritus recognoscens bona omnia tam mobilia,
quam immobilia predicte Consortis sue cum omni
Jure, Dominio proprietate et omnibus eorundem
Bonorum pertinencijs. tenebit, habebit, et possidebit,
illisq; utifruetur ad extrema duntaxat vite sue
tempora, post mortem vero predicti Gnosi Ma=
riti Bona prefata, quecunq; Ipsam Consortem
concernent, ad successores ejusdem Consortis totas=
liter devolventur sine quovis impedimento et con
tradictione prefati Mariti Successorum. His
suis Personalibus Recognitionibus ad. premis=
mediantibus; Jri forma alias Advitalitatis mutue
pleniſsima ac de Jure perfectiſsima. Quam ma=
nibus suis propriis subscripserunt. Tomasz Bü=
linski kapitan MRS Rmp Ludowika z Now=
ickich Bielinska? Quam ejusmodi mutuam Ad=
vitalitatem sic ut premiſsum factam et recogni=
tam, Nos eam ratam firmam ac de Jure validam
habentes habericq; ab omnibus volentes eam ad Acta
presentia Metrices Rri sucipi, iisdem inseri et
Parti postulanti Authentice extradi permiſsimus.
In quorum fidem etc: Actum et Relatio ut supra.

Sub

Sub eodem Actu

Inscribit Summam Duorum Millium Flo: renorum Pol. G. Bilinski Consorti sue.

Stanislaus Augustus etc: Significamus etc: Quod coram Nobis Actisq presentibus Metrices Regni Cancellarie Nostre Majoris personaliter comparens Gsus Thomas Junosza Bielinski, Capitaneus Militie Reipublice Thesauri Rni, sanue mente et corpore existens, a Foro, Terris, Distribus et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo presenti vero Nostre Regie se cum Bonis omnibus suis generaliter subjiciendo et incorporando sponte, palam, liberè ac per expressum recognovit prasentibusq recognovit; Quia Ipse Gsa Ludovica de Novicki Consorti sue legitime jam ex nunc et defacto tenetur et debet, seq et suos successores teneri et deberi, de et super Bonis suis gnaliter omnibus hereditarijs et obligatorijs, summisq quibusvis ad presens habitis et in posterum habendis Summam duorum Millium Florenorum Polonicalt, modo veri, justi, realis, simplicis, ac liquidi debiti in et pro crastino Festi Sancti Joannis Baptista in Anno futuro 1769 dare, solvere, inscribit et assecurat. Idq sub vadio similis Summe Duorum Millium Florenorum

Polonicalt

Colonicatû in casu Inscriptioni suæ præsenti debitorem in aliquo contraventionis, eidem non satisfactionis ad solvendum irremissibiliter succumbendo, pro quæ quidem vadio taliter exinde succubito Citatus existens supra scriptus Ejus Recognoscens ex Instantia memoratæ Creditricis suæ sive ejus Successorum ad Officium quovis competens tenebitur suis cum Successoribus illo coram Officio quovis competenti, semper in primo Juris Citationisq termino, tanquam peremptorie, stare, juri parere, respondere, comparendoq vadium prædictum succubitum solvere, quo soluto nihilominus Inscriptioni suæ præsenti debitorem in toto satisfacere, ac omne Judicatum Officij cujusvis competentis de Jure non exeundo pati, absq omni dilatione, defensione, exceptione, prascriptione, protestatione, evasione, evocatione, motione, et appellatione, earumq modo quovis, seu per adcitationes quasvis prosecutione; In forma alias Inscriptionis debitorem plenissima ac de jure perfectissima. Quam manu propria subscripsit. Tomasz Bielinski Kapitan Mitt: R: S. R. Quam ejusmodi Inscriptionem, debitoream, sic ut præmissum factam, et recognitam. Nos eam ratam, firmam, ac de Jure validam habentes habericq ab omnibus volentes, eam ad Acta præsentia Metrices Regni suscipi, iisdem inseri et Parti postulanti in Forma Authentica extradi permisimus. In quorum etc. Actum et Relatio ut supra.

Actum

Actum Varsaviæ Feria
Sexta ante Dominicam Miseri-
cordiæ proxima die scili-
cet 15 Mensis Aprilis
Anno Dni 1768.

Oblata Confirmationis super incisionem in Syl-
vis Zelgnievien ad Bona Stare.

Stanislaus, Augustus etc: Significamus etc: Oblatas
esse ad Acta Præsentia Metrices Rni Cancellariæ
Nostræ Majoris Literas Confirmationis concessionis
super Incisione in Sylvis Nostris Zelgnievien Gris
Andreæ Gostomski Ensifero Terrarum Prussiæ. et Juli-
annæ de Komierowskii Conjugibus servien, manu Senmi
olim Augusti Tertij Prædecessoris Nostri subscriptas,
et Sigillo Majoris Cancellariæ Rni communitas, sa-
nas, salvas, illæsas, omnig suspicionis Notâ carentes te-
noris legquentis. = Augustus Tercius Dei Gratia
Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prus-
siæ, Mazoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ,
Podlachiæ, Livoniæ, Smolenskiæ, Severiæ, Czerniechovidy,
nec non hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elect.
Significamus præsentibus Literis Nostris. Quorum inter-
est universis et singulis; Exhibitas fuisse coram Nobis
Literas papyraceas continentes in se certam concessio-
nem Incisionis in Sylvis Nostris Zelgnievien Gris
Andreæ Gostomski Ensifero Terrarum Prussiæ Nris
Castren Posnanien et Juliannæ de Komierowskie Con-
jugibus Villæ Stare vocitatæ Hæredibus Succes-
illorum, tum Subditis ejusd Villæ cum abjecta ibidem
solutione pecuniaria, quotannis pendenda per Gum
Alexandrum Unrug Capneum Nrum Zelgnievien

Datas

"datas, manuq illius subscriptas et Sigillô Gentiliô Ejusd
communitas; Supplicatumq Nobis Nomine suprad[ic]tt.
Georum Andreæ Gostomski Ensiferi Terrarum Prussiæ
et Juliannæ de Komierowskie Conjugum, ut eas[dem] literas
authoritate quoq Nostra Regia approbare et confirmare
Dignaremur. Quarum quidem Literarum Polonico Id:
omata de verbo ad verbum tenor sequitur ejusmodi.
Niżey podpisany porwalam sobie y przy
Wielmożnemu Jmć Panu Andrzejowi Gostomskiemu
Miecznikowi Ziemm. Pruskich, Pisarzowi Grodz-
kiemu Poznańskiemu We Wsi Starego w Woiewodz-
twie kaliskim, Powiecie Nakielskim leżącey Dzie-
dzicowi y Juliannie z Komierowskich Małżonkom
y Sukcessorom Ich do lat Czterdziestu w Borach
Zelgniewskich, to iest do Dworu na Opat Drzewa
leżącego, a ieżliby leżącego niebyło, tedy y stoiącego,
ale albo suchego, albo do Budowy niezgodnego, y krzy-
wo wyrastaiącego, w tydzien po cztery fury Czte-rokonne,
y zrzebra co rok drzewa na budowę zgodnego, po put-
kopy, aliàs po Sosniowo trzydzieści, których lubo Wil-
mozny Jmć Pan Gostomski Mieczmik Ziemm Pru-
skich po całey kopie pretendowat iednakże dla obro-
ny Borow Krolewskich więcey nad półtkopy stoią-
cego y na budowę drzewa dozwolić nie mogę, które to
Drzewo czyli Sosnie na budowę borowy mowy Zelgniew-
ski wyznaczał y do wywiezienia ze pnia pokazywał
zawsze powinien będzie, y W Jmć Pan Mieczmik
temiż wyznaczonemi kontentowac się obligacie, Nad-
to dla Chłopow tyże Wsi starego, y Mieszkanca ież

Dwyo

dnego osobnego przy Drodze Furmanskiey po iedney
Furze dwutonney dla kazdego co tydzien Drzewa leżą
cego, a ieżliby leżącego niebyło, tedy y stoiącego, ale albo
uschłego, albo do budowy niezgodnego, y krzywo wyrasta-
iącego na opat z pomienionych Borow Zelgniewskich
Dozwalam, ta co roczną na Swięto S. Jana Chrzciciela
Do Dworu Zelgniewskiego ze Dworu y ze Wsi Sta-
rego płacić punktualnie Gajowego Złotych Polskich
Sto wszystkiego ogulnie W Jm Pan Miecznik przy-
rzeka. Teraz zaś Rejestr czyli specyfikacyą pronunc
znayduiących się Czynszow y Mieszkancow Wsi Sta-
rego z podpisem ręki swoiey podaię ażeby w przyszłe
czasy we Wsi Starym aucto Numero Poddanstwa
auyeżali też y zwyż wyrażone Gajowe. Winiey rzeczo-
raz skryptu Approbacyą od Naiaśnieyszego Kro-
la Jmci Pana Wo Miłto wolno będzie uprosić y wy
iednać pomienionemu W: Jm Panu Gosto mskiemu
Miecznikowi, ktorego to skryptu dwa się formuią Exem
plarze Słowo y sensu iednakowego, y z tych ieden z pod-
pisem Moim y Pieczęcią oddaią ad Manus W: Jm Pana
Miecznika a drugi przez W: Jm Pana Miecznika
podpisany przy sobie zostawuie. Działo się w War-
szawie Dnia Trzeciego Miesiąca Lutego. Roku Tysiąc,
Siedmset, Sześćdziesiątego, Trzeciego. Locus Sigilli.
Alexander Unrug. S. Z. Nos itaq Augustus Rex
eidem Supplicationi, tanquam iustæ benigne annuentes
præinsertas Literas, in omnibus earum punctis, clausulis,
nexibus, et conditionibus approbandas, et confirmandas, c/r
Le duximus, uti quidem per præsentes Literas Nostras
approbamus, et confirmamus, roborq illis et eim ad Dez

cursum

cursum temporis in ijsd expressi etiam ad casum obitus supra nominati Jsi moderni Capitanei Nostri Zelgnievien adjecimus, et tribuimus. Inquorum fidem praesentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXV Mensis Aprilis Anno Domini MDCCLXIII Regni vero Nostri XXX Anno. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Confirmatio concessionis super Jnitiatione in Sylvis S.R.Mttis Zelgnievien sium Jsis Andreæ Jostomski Ensifero Terrarum Prussiæ Notario Castren Kozmanien et Juliannæ de Komierowskie Conjugibus, Illorum Vitlis Starego Subditis servien per Jsum Unrung Capreum Zelgnievien date. Antonius Wyszynski, Premislien, Varsavien Canonicus S.R.Mttis et Sigilli Rni Secretus mpp a Tergo vero harum Literarum verba sunt hæc= Pro Cancellariatu Jllmi Exellentissimi et Rensimi Domini Michaelis de Granow Wodzicki Epi Premislien Abbatis Commendatarij Cervenen et Claræ Tumbæ Procanullarij Regni Sigillatum. Quas quidem Literas Confirmationis sic ut premissum oblatas, Nos ad Acta praesentia Metricis Rni susciji iisdem inseri et Parti postulanti Authentice extradi, Originale vero rursus restitui permisimus de quo recepto Cancellaria Nostra praesentibus quietatur. Jn quorum fidem etc: Actum et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Sexta post Dominicam Jubilate proxima Die scilicet 26 Aprilis Anno Dni 1763.

Constituunt

Constituunt M.M. Oginskie Castellani Vilnen
Conjuges Plenipotentem Gsum Wegrzecki.

Stanislaus Augustus etc. Significamus etc Quod coram Nobis, actisq praesentibus Metricis Regni, Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparentes Magnifici Ignatius Cz mes de Koriełsko Oginski Castellanus Vilnen, Boryssovien Mahoview Plotelen Capitaneus et Helena de Oginskie Con: juges et quidem Mea Conjunx in personali ejusq Mgci Mariti sui, uti Tutoris Conjugalis Authoritate et af: sistentia sani mentibus et corporibus existentes a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictionibus suis, quibus vis pro prijs et competentibus recedendo, presente vero Nostra Regia Se cum bonis suis gratiter omnibus subjicien: do et incorporando, palam libere ac per expressum recog: noverunt, presentibusq recognoscunt. Quia Ipsi in Su: um verum Legitimum, specialem et indubitatum Ple: nipotentem Gm Michaelem Wegrzecki, ad Triennium eligant, constituunt, inscribunt, ac solemniter ordinant, dantes et concedentes ipsi plenariam facultatem, et om nimodam ac absolutam potestatem Causas gratiter Judiciarias omnes ac singulas cum quibusvis Perso: nis occasione, cujusvis negotij habitas, et habendas, in: stitutas et instituendas in omni Judicio et Officio Rni Majoris et Minoris Subsellij, cujusq Terre et Districtus, Terminorq Condescensionum et Compromissorum pro movendi, jure tuendi, comparitiones inscribendi, Decreta suscipiendi, a contrarijs appellandi, penas judiciarias le: vandi, de levatis quitandi, Intromissiones in Bona inferen: di, et accipiendi, Executiones urgendi, et attentandi, rigores Decretorum circa Manifestationes extendendi, Relationes ad cassandas Condemnationes approbandi, Manifesta:

tiones

tiones quasvis inferendi, Summas se Recognoscentes incernentes levandi et recipiendi, de levatis quitandi, suè vicem Si, Summas pro Interesse suorum Recognoscentium contrahendi, et earum Securitatem inscribendi, Transactiones ineundi, roborandi, et recognoscendi, alios Plenipotentes in locum Sui ad promovendas Causas substituendi, cattraq munia verum, legitimum, Speciàlem, et indubitatum Plenipotentem concernentia peragendi, Promittentes id totum, quidquid per prædictum Suum Plenipotentem, actum, gestumve fuerit, pro rato, grato, firmoq, ac valido susceptum, His suis personalibus recognitionibus ad premissa mediantibus; In forma alias speciàlis Plenipotentiæ plenissima, ac de Jure perfectissima quam manibus suis propriis subscripserunt.

Ignacy z Kozielska Ogiński Kasztelan Wileński.
Helena z Kozielska Ogińska Kasztelanowa Wileńska.

Quam ejusmodi Plenipotentiàm, sic ut premissum factam et recognitam, Nos eam ratam firmam ac de Jure validam habentes, habereq ab omnibus volentes, eam ad Acta præsentia Metricas Rni suscipi ijsq inseri, et Parti postulanti Authentice extradi permisimus, in Quorum fidem etc: Actum et Relatio ut supra

Actum Varsaviæ Feria Secunda in Crastino Dominica Rogationum, Die scilicet 9na Mensis Maij Ano Dni 1768.

Requisitus

Requisitio Documentorum Constitutionibus Regni approbatorum.

Stanislaus Augustus &c. Significamus &c. Quod ad Acta praesentia Metricis Rni Cancellariae Nostrae Majoris veniens personaliter Gus Simon Wilczynski, requisivit a praesenti Cancellaria Nostra, utrum in Archivo Secretiori Rni, infra expressa Documenta, primum quidem pro securitate Reipublicae editum Constitutione Rni Anni 1661 folio 709 Tit: Scrypt, ad Archivum dany approbatum: Alterum quoq Constitutione Rni Anni 1662 fol. 832. Tit. Scrypt ad Archivum dany, non nullis Palatinatibus serviens, corroboratum, Demum tertium Constitutione itidem Rni Anni 1667. fol 915 Tit: Approbatio Scryptu confirmatum, reperiantur nec ne? Cujus affectioni praesens Cancellaria Nostra annuendo, facta diligenti Secretioris Archivi perquisitione in ea pre-expressa documenta non reperiri fatte statur. Quocirca supra fatus Gus requirens de diligentia praesentem intulit Manifestationem, eamq Manu propria subscripsit, praeter Copiam assecurationis Palatinatibus Kijoviens Braclaviens et Czernichoviens in Conventione Rni Varsaviens Anni 1662 datae, tum praeter assecurationem, pro Palatinata Braclaviens, manibus Serenissimi Joannis Casimiri Regis, tum Rndissimi olim Prazmowski, Archiepiscopi Gnesnens Primatis, et Grosi Kotowicz Comitiorum protunc Generalium Marschalci hui Varsaviae Die 16 Mensis Aprilis Anno Dni 1667. subscriptam, Sigillog Regni communitam, Simon Wilczynski Quam ejusmodi Requisitionem Nos ad Acta praesentia Metricis Regni suscipi, inscribi, et ijdl fideliter de verbo ad verbum describi et Parti postulanti Authentice extradi permisimus In quorum fidem &c. Actum et Relatio ut supra &c.

Sub

Sub eodem Actu

Quietat M. Palatinus Juniovladislaviensis Gsum Przebendowski Capitaneum Puceniem.

Stanislaus Augustus etc Significamus etc Quomodo coram Nobis Actisq presentibus Metrices Regni Camellariæ Nostræ Majoris, personaliter comparens Mgca Elisabetha de Przebendowskie olim Mgci Petri Georgij Przebendowski Palatini Marieburgen cum Mgca Ursula de Lotockie Matrimonialiter procreata Filia, Mgci Andreæ Moszczenski Palatini Juniovladislavien Consors legitima cu assistentia ejusd Mariti sui agens, sana mente et corpore existens, a Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, presenti veri Nostræ Regiæ Se cum Bonis suis gnaliter omnibus subjiciendo et incorporando, spontè, palam, libere, ac per expressum recognovit, præsentibusq recognovit. Quia Ipsa, nullam sibi ad Lapideam longa Platea, versus oppositum ascendendo, longitudine sua ad plateam caminam Se se extendentem in Civitate Gedanen sitam: qua in Personam supra scripti olim Mgci sua Recognoscentis Genitoris Libro Civili Gedani inscripta est: amplius reservat pretensionem plenariq consentit, sæpedictam lapideam ad suprafatam Plateam, caminam dictam Sese in longum extendentem ob practitam sibi intuitu ejusd sufficientem satisfactionem cu Personam Gnosi Ignatij Przebendowski Pucen Miracho wiensq Capni Fratris Sui Germani, huius libro Authentico, ut superius exaratam inscribi posse. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. In Forma alias Quietationis plenissima ac de Jure perfectissima

ctissima. Quam manu propria subscripsit. Elzbie-
ta z Przebendowskich Mozrzenska Woiewodzina Inow-
roclawska, Andreas Mosrzenski Palatinus Juniv ladi-
slaviensis mmp. Quam ejusmodi Quietationem, sci at pra-
missum factam, et recognitam, Nos eam ratam, firmam,
ac de Jure validam habentes, haberig ab omnibus volen-
tes, eam ad Acta presentia Metrices Rni suscipi ejdem
inzeri et Parti postulanti Authentice extradi permisimus;
In quorum fidem etc. Actum et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Sabba-
tho pridie Dominicæ Exau-
di Die scilicet 14 Mensis
Maij Anno Dni 1760.

Oblata Resignationis Bonorum Wolkemberg
Gro Nicolao Korff S. R. Mtis Camerario
servientis.

Stanislaus Augustus etc. Significamus etc: Oblatam esse ad A-
cta presentia Metrices Rni Cancellariæ Nræ Majoris, in scri-
ptionem Resignatoriam Juris hæreditarij Bonorum
Wolkenberg ditorum in Ducatu Livoniæ sitorum, in Per-
sonam Gri Nicolai in Kryzburg Korff. Camerarij No-
stri factam, Manibus Gri Joannis Henrici Vilhelmi
Fobst liberi Baronis a Buddenbrok Supremi in Exercitu
Sermi Borussorum Regis Præfecti et Testium ad hoc
rogatorum subscriptam, Sigillisq Gentilitijs communitam,
Actisq Camera Berolinen inscriptam, Manibusq Notarij, tum
et Secretarij ejdem subscriptam, et Sigillo Eorundem firma-
tam, sanam, salvam, et illæsam tenoris sequentis. = Ego
Joannes Henricus Vilhelmus Fobst Liber Baro a
Buddenbrok Supremus in Exercitu Præfectus Sermi
Borussorum

Borussorum Regis Eques Ordinis Sancti Joannis sive
Melitæ, et hoc tempore hujus ordinis Commendator a Werben,
Dux Cohortis Juvenum Nobilium et Supremus Gubernator
Academiæ Militaris Nobilium, etc Sub omnibus tam su=
pra quam infra expressis punctis, Paragraphis, clausulis,
vadijs, et ligamentis, Juris me committendo, istaq spontanee
assumendo, et super me importando; Universis et Singu=
lis quorvis nunc aut in posterum de hac rescientiam habe=
re opportuerit, Notum testatumq facio presenti benevo=
lo et inviolabili Instrumento, perpetuæ Venditionis Juris
hæreditarij Perillri Mgco Domino Nicolao in Bryxborgk
Korff Succamerario S. R. Mttis Poloniæ intervienti, et ideo
a me dato, quatenus pie defunctus Perillris Mgcus Dominus
Casparus a Buddenbrok Proproavus meus plenarius, ab in ante
Domino Joanne a Forsen, qua legitimi Bonorum Woltenberg
dictorum in Ducatu Livoniæ et Districtu Rostiten sito=
rum pro tunc existentis hæredis in Anno Millesimo Quin=
gentesimo Nonagesimo Nono coram Commissarijs Gene=
libus a Republica Polona propter Revisionem Bonorum
Terrestrium in Livonia delegatorum previo speciali
jure Cessionis hæreditario recognito et sibi inservienti fa=
ctus et inscriptus eorund Bonorum Wolkenberg Cessio na=
rius hæres procreavit Filium nomine Gothardum a Bud=
denbrok, prius Rot Magistrum Serenmi Regis Poloniæ pra=
post Ducem in Exercitu Regis Sveciæ Norvegiæ, ac Da=
niæ, tandem fatis occubuit, post Fata ejus supradicta Bo=
na Wolkenberg, uti stante supradicta Revolutione et plena
in Ducatu Livoniend rerum confusione sub tempus Hæ=
redum servilio Militari per pollentiam Capreorum Rositen
nullo jure præoccupata et ad hunc Capreatum Rositen
applicata permanserunt, postq Proavus meus supradi=

ctus

ctus Gothardus a Buddenbrok sub eo tempore Rotmagister Sermi Regis Poloniæ, præpost Dux in Exercitu Regis Sve= tiæ Filius Caspari relictus de restitutione, alq reinductione Bonorum Wolkenberg Gsum Dominum Konarski Capneum Rostiren qua detentorem eorunq Bonorum, ad Judicia S.a R. Mttis Assessorialia Rni in Anno Millesimo Sex= centesimo Trigesimo sexto citavit, et Decretum ex Ser= rijs partium controversijs in punito indagandæ Possess= sionis pro Commissione cum Delegatione Certorum Com= missariorum eodem Anno Millesimo Sexcentesimo, Trigesimo sexto, mense Novembri, proxima ante Festum Sancti Martini latum obtinuit, deinde procreato Filio Joanne a Buddenbrok Protribuno Exercituum Prussiæ, ipsemet fatis occubuit, posty Joannes a Buddenbrok in Servitio Prussiæ subsistens et a Ducatu Livoniæ remote persistens procreavit Filium Vilhelmum Dicterieum a Buddenbrok Supremum Belli Ducem Exercituum Regis Borussorum Patrem meum et alios de lumbis suc= cedentes, quibus procreatis in Anno Millesimo Septingen= tesimo Quinquagesimo Septimo desijt vivere, a medio quo= rum Ego Joannes Henricus Vilhelmus Jobst a Budden= brok pro tempore Supremus Præfectus in Exercitu Sere= nissimi Borussorum Regis Eques Ordinis S. Joan= nis sive Melitensis et hujus Ordinis Commendator a Werben Dux Cohortis juvenum Nobilium et Supremus Gu= bernator Academiæ Militaris Nobilium etc ex Capite Pro= bavi et Probavi, deinde Successibus de lumbis procedens legitimus Successor et indubitatus cum mea pari de lum= bis procedendi Familia in Genealogia descripta, et do= cumentis Authenticis roborata Bonorum Wolkenborg existens Hæres tam proprio quam Patruelium meorum

et totius

et totius Familiæ Buddenbrokoviane nomine et eorum Ces-
sione specialiter munitus ac legitimatus cum Perilli Mgco Do-
mino Nicolao in Kryzborg Korff Succamerariæ S.R.Mttis
Contractum inivi atq Sortem meam et Patruelium meorum
ac Familiæ Buddenbrokoviane Bonorum Wolkenberg de-
super dictorum in Ducatu Livoniæ et Districtu Rosi-
torum in possessione Capnei Rositen nullo jure detento-
rum, habitam perpetue et in eorum pro certa pecuniæ Sum-
ma præditto Perilli Mgco Domino Nicolao in Kryzborg
Korff vendidi, Jus meum totum cum Documentis ad hoc
Jus inservientibus cum præmissa reali Genealogia mea
a Buddenbrokoviana de Persona mea in Personam
Perillis Mgci Domini Korff Succamerarij cedo, transfundo,
et vigore ejusd Cessionis hereditarij in jus meum per
Mrlem Ducatus Livoniæ adire hereditariam Intro mis-
sionem permitto. Liberam itaq voluntatem et vim præ-
nominatus Perillis Korff habebit robore præsentis In-
strumenti Juris hereditarij perpetuæq venditionis ejus
nunc a me dati sortem meam, patruelium meorum et
totius Familiæ Buddenbrokoviane Bonorum Wol-
kenberg prefatorum sive per litem, sive per aitum Com
positionis amicabilis recuperanti, et recuperata, ad Su-
am Possessionem, cui libuerit dandi, vendendi, alie-
nandi, sine ulla unquam prædeditione, et inter-
vention a me, nec ab alijs, quovis titulo nomi-nan-
dis Successoribus faciènda. Et sicut Ego Joannes
Henricus Vilhelmus Jobst, a Buddenbrok Supre-
mus Prefectus in Exercitu Regis Borussiæ de qua
respective conaltorum meorum Cohæres, prædictam Bo-
norum Sortem in Personam meam, Patruelium meo-

rum

rum et Familiæ Buddenbrokianæ Successiv Ju=
re debitam nihil protinus excipiendo supradicto modo
Perilli Mgco Domino Korff jure hæreditario et irrevoca=
bili vendidi, ita etiam, si quis ex persona mea vel nomi=
ne meo, vi Jurium et Documentorum Perillis Nicolai
Korff Jus emptionis venditionisq suum impugnare vo=
luerit, præsumpseritq, tum Ego Joannes Henricus Vil=
helmus Jobst a Buddenbrok, firmissime obstrictus, eò a quo
vis turbatore præcavere et evictionem præstare sub va=
dio valoris rem exportantis, quod vadium super omnia
bona mea mobilia et immobilia habita et habenda
infero et obstringo, et si evictionis oppignoro; Si vero vel
ob minimam impugnationem hujus Instrumenti juris
hæreditarij Venditionis adcitatus fuero nullam Appel=
lationem interponendo in primo foro, ex parte mea
justificari tenebor et vadium una cum litis expensis re
ponere debebo, et nullum Judicium præsens Instrumen=
tum spontanei a me datum sub ullo prætextu cassan=
di et perturbandi competentiam habebit. Desu=
per quidem dedi hanc meam spontaneam juris hæ=
reditarij venditionis irrevocabilem strictissimam pro
omnibus Successoribus circumscriptionem propria ma=
nu mea et Mgcorum Dominorum Testium oretenus
et præsente a me rogatorum subscriptam. Datum Ber=
olini in Brandeburgia Anno Millesimô, Septin=
gentesimô, Sexagesimo, Septimo, Mense Julij Die
Vigesimo primo. Joannes Henricus Vilhelmus
Jobst Liber Baro a Buddenbrok manu propria. Lo=
cus Sigilli Gentilitij in cera rubra Hispanica expressi.

Oretenus

Oretenus et presenter rogatus Testis à Perilli Mgco Dno Joanne Henrico Vilhelmo, Jobst, Liber Baro a Budtdenbrok Supremo Prafecto in Exercitu Sermi Regis Borussiæ ad hoc Jus Hæreditarium Cessionis Venditionis Sortis Bonorum Wolkenberg in Livonia Lotonica sitorum, Perilli Mgco Dornino Nicolao in Kryzborg Korff Succamerario Sacræ Regiæ Mattestatis Loloniarum in Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Septimo, Mense Julij Vigesimo Primo Die datum in ius Juris me subscribo. Christianus Ludovicus a Marconnay Major in Exercitu Borussorum Regis. Locus Sigilli Gentilitij in cera rubra Hispanica expressi.

Oretenus et presenter rogatus Testis a Persona desuper expressa ad hoce hereditarium Cessionis, venditionis Jus suius rem in se obloquens et descriptum in vim Juris me subscribo. Friderícus Christophorus a Schak Centurio in Exercitu Borussorum Regis Locus Sigilli Gentilitij in cera rubra Hispanica expressi.

Oretenus et presenter rogatus Testis a Persona desuper expressa ad hoce hereditarium Cessionis, venditionis Jus suius rem in se obloquens et descriptum in vim Juris me subscribo. Christianus Hartwicus a Winterfeld Centurio in exercitu Borussorum Regis. Locus Sigilli Gentilitij in Cera rubra Hispanica expressi.

Ego subscriptus Authoritate Cesarea creatus, et à Serenissimo Borussorum Rege confirmatus et in Ill. Camera Berolinus immatriculatus Notarius publicus juratus attestor hodierno die coram me comparuisse in Personam Virum Perillum Joannem Henricum Vilhelmum Jobst, Liberum Baronem a Buddenbrok

Supremum

Supremum Prefectam in Exercitu Regis Boruſſo-
rum Ordinis S. Joannis sive Melitensis Equitem,
ejusq in Werben Commendatorem Duem Cohortis Ju-
venum Nobilium Supremum Gubernatorem Acade-
miæ Militaris Nobium etc eumq precedens Instrumen-
tum Cessionis Jurium ipsi Patruelibusq Suis et Fami-
liæ a Buddenbrockoviana in Bonis Wolkenberg le-
gitime acquisitorum in favorem Perillis et Mgci
Domini Nicolai in Kryzberg Morstÿ facta, previa
ejusd perlectione et in omnibus punctis ac clausulis rati
habitione Manu propria signavisse et Sigillo muni-
visse in presentia prenominatorum trium Illrium
circumq requisitorum Testium videlicet Perillis Dni
Christiani Ludovici a Marconnay Majoris in Exer-
citu Regis Boruſſorum Perillis Dni Friderici
Christophori a Schak, et Perillis Dni Christiani Hart-
wici a Wintzfeld Centurionum in Exercitu S.R.M.
Boruſſiæ, qui etiam in mea presentia testimonium
suum infra instrumentum datum manu et Sigillo
signarunt. Est itaq hocce instrumentum Cessionis ad
Requisitionem Perillis Dni Liberi Baronis a Budden-
brok actis transcriptum et Originali ejusd Mandatario Per-
illis Cessionarij Dni Nicolai in Kryzberg Morstÿ Dno
Georgio Brockert extradito, Copia Actis meis publicis
Notarialibus, conservata mansit, In cujus fidem hancce
Attestationem manu mea propria signavi et Sigillo meo
Notariatus ut et proprio munivi. Datum Berolini Indict.
Rom XV Duo vigesimo primo Julij Anni Millesimi Se-
ptingentesimi, Sexagesimi Septimi. Regnante invin-
cibili et Potentissimo Imperatore Josepho. Romani Im-
perij Germanici Imperatore ac Potentissimo Friderico
Secundo Boruſſorum Rege Clementissimo Nostro

Electore

Electore Brandeburgic etc etc: in Eidem premis-
sorum. Christianus Ludovicus Trosthel S.R.M.
Borus: Consiliarius Aulicus Supremi Consistorij
Fiscalis et Notar publ. Cas. ac Regius requisit. Lo-
cus Sigilli Camera Berolinens. Ad implorationem
Dni Christiani Ludovici Trosthel S.R. Mttis
Borussic Consiliarij Aulici, ejusd in Supremo Con-
sistorio Fiscalis Testor et attestor jam nominatum
implorantem Dn. Trosthel esse Authoritate Casa-
rea creatum, a Sermo Borussorum Rege confir-
matum et in Camera immatriculatum Notarium pu-
blicum juratum, adeo ut ejus instrumentis, sive sit in
sive extra Judicio plena fides adhibeatur, In Cujus
fidem hanc attestationem manu propria signavi
et Sigillum Cancellaria intima Status oppuni curavi.
Ludovicus à Rodewalls Consiliarius Regis intimus
et Consilij Status Secretarius. Locus Sigilli Can-
cellaria intima status. Quam ejusmodi Resigna-
tionem, sic ut premissum est, oblatam, Nos ad Acta
presentia Metricis Ani suscipi, ijdem inseri et Par-
ti postulanti extradi, Originale vero rursus ejd ostenti
restitui permisimus, de quo recepto Cancellaria Nostra qui-
etatur presentibus. In quorum fidem etc Actum et Relatio
ut supra.

Sub eodem. Actu

Constituit Pleni potentus Gnus Hiacinthus Ogrodz-
ki Supremus Regni Notarius.
Stanislaus Augustus etc Significamus etc Quod co-
ram Nobis Actisq presentibus Metricis Ani Canul-
laria Nostra Majoris personaliter comparens Gnus
Hyacinthus Ogrodzki Supremus Ani Notarius sa-

nus

~~116.~~

sanus mente et corpore existens, a Foro, Terris Distri=
ctibus et Jurisditione sua quavis propria et competenti
recedendo presenti vero Nostra Regia Se cum Bonis suis
generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, sponte, pa=
lam, libere, ac per expressum recognovit, presentibusq recogno=
scit. Quia ipse in suos veros, legitimos, speciales, ac indubi=
tatos Plenipotentes Gros Florianum Drewnowski Vice Pa=
latinum Nuren quorumvis nominum Luchatowic Ca=
merarium Granicialem et Vicegerentem Castren Varsa=
vien Michaelem Wegrzecki Lucam Kozlowski Joannem
vel alterius Nominis Ozarowski, Joannem vel alterius
Nominis Wilczynski, ad triennium eligit, constituit,
inscribit, ac Solenniter ordinat, dans et concedens Ipsis ple=
nariam facultatem et omnimodam absolutamq potesta=
tem Causas Generaliter omnes ac singulas cum quibusvis
personis, occasione cujusvis negotij habitas et habendas insti=
tutas et instituendas in omni Judicio et Officio Majoris et
Minoris subsellij Cujusvisq Terre et Districtus Terminisq
Condemnationum et compromissorum promovendi, Juve
tuendi, comparitiones inscribendi, Decreta Suscipiendi
a contrarijs appellandi, penas judiciarias levandi, dele=
vatis quitandi, intromissiones in Bona offerendi et acci=
piendi, executiones urgendi et attentandi, rigores Decretorum
circa Manifestationes extendendi, Relationes ad cassandas &
Condemnationes approbandi, manifestationes quascunq infe=
rendi, Summas de recognoscentem oriundas levandi
et recipiendi, de levatis quitandi, sive cedendi, Summas
pro Jure esse sui recognoscentis contrahendi, et earum
securitatem inscribendi Transactiones ineundi, robo=
randi, et recognoscendi, alios Plenipotentes in locum sui
ad promovendas Causas, substituendi, cetteraq munia ve=
ros legitimos, speciales ac indubitatos Plenipotentes

concernentia

comercientia, peragendi; Promittens id totum, quidquid per prædictos Gnosio Plenipotentia, sivè unum Illorum actum gesturumq fuerit, pro rato, grato firmoq ac valido susce= pturum Hac sua personali recognitione ad premissa mediante, In forma alias Plenipotentiæ Specialis plenissima ac de Jure perfectissima quam ad Exigen= nium dictaturam manu propria subscripsit. Hya= cinthus Ogrodzki Notarius Supt Sti mmg Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut premissam factam et recognitam. Nos eam ratam, firmam ac de Jure validam habentis habereq ab omnibus volentis, eam ad Acta præsentia Metrices Sti suscipi ejsdem inseri, et Partì postulandi Authentica extradi permisimus, In quorum fidem etc. Actum ut Supra. Relatio Illmi et Exellmi Sti Dni Andrea Mlodzijowski Nominati Epsi Posnanien et Supremi Regni Cancellarij.

Sub eodem Actu

Oblata Zapisu Cessyinego Dobr Wolkenberg U. Mikotajowi Korsowi stuzącego.

Stanislaw August. etc Oznaymuiemy etc Iż pozdany iest do oblaty Xiąg niniejszych Metryki Kor Koronz larij Naszey Wyższey zapis wieczysto Cessyiny Dobr Wolkenberg zwanych w Xięstwie Inflant sytuowanych na osobę U. Mikotaja na Kryzborku Korssa Podkomor rzego Naszego uczyniony, Ktorna Wilmoznych Jana Lehwalda Feldmarszałka Woysk Pruskich y Anny Zofiey z Budenbrokow Lehwaldowey Małżon= kow, tudzież UU. Pisarzow czyli Świadkow podpi= sany, y pieczęciami rodowitemi stwierdzony, a do Akt Notariatus publici przyięty, y pieczęcio Notarij publi= ci stwierdzony, caly nienaruszony, niczym wyrazony, brzmienia takowego = Ja Jan Lehwald Feld Marszałek

Marszałek Woysk Nayiaśnieyszego Krola Jmci
Pruskiego, tylko względem Starszeństwa Matrenskiego,
a ia Anna Zofia Agnesa z Budenbrokow Lehwaldowa,
Feld Marszałkowa, iako wieczysta Aktorka Matronkowe,
pod wszystkii vadia, warunki, Paragrafy, Ligamenta y
obowiązki prawne podlegaiąc, y one na siebie benevole
przyimuiąc, czyniemy wiadomo y iawnie wyznawamy, ko-
muby o tym wiedzieć należało tym Naszym dobrowol-
nym wieczysto Ceszyinym, a nigdy naruszonym Zapi-
sem W Jm Panu Mikołajowi na Krzyzburku Korsfowi
Chambellanowi J K. Mci danym na to. Iz ia Anna
Zofia Agnesa z Buddenbrokow Lehwaldowa Feld Mar-
szałkowa, od niegdy W Gaspara Buddenbroka Prapra-
dziada Mojego będąca de lumbis Prapra wnuka, a do ro-
znych Dobr leżących y ruchomych, in sortem na mnie
spadłych y spadać mogących prawą Sukcessorką, między
któremi Dobr Wolkenberg zwanych w Xięstwie Inflant
w Trakcie Rzezyckim leżących przez W Gaspara Bu-
denbroka Prapradziada mego za prawem wieczystym
Ceszynalnym, od niegdy Jm Pana Jana Forzena iako
tychże Dobr Wolkenberg zwanych w Roku Tysiąc Pię-
set, Dziewięć dziesiąt Dziewiątym będącego Dziedzica na
bytych, y przed kommissarzami Granicznemi od Rzpltey Pol-
skiey do Inflant zestanemi przyznanym legitima Succes-
sivi Juris hereditarij Conatrix zgodziwszy się z W Jm Pa-
nem Mikołajem na Krzyzburgu Korsfem Chambelanem
J K Mci. Prawo do tych Dobr Wolkenberskich dzisiejszey wyra-
zonych w Xięstwie Inflant w Trakcie Rzezyckim leżących
w Powiecie Starostwa Rzezyckiego nullo Jure zostaiących
na wieczne czasy a nigdy nieodzowne, za pewną Summę
Pieniędzy Wielmożnemu Jm Panu Mikołajowi na Krzy-
zburku Korsfowi ustępuiemy, postępuiemy y cedimy tego

Zapisu

Zapisu wieczystego Cessyinego in Jus meum przez Ge=
nerata, alias Woznego tameczuego Xięstwa Jnflanc intro=
mittowac się pozwalamy. Wolen tedy y mocen będzie W.
Jm Pan Kosff, za tym prawem wieczystym dochodzić a=
dosiedzy do swoiey wieczystey odebrawszy Possessyi, iaż
ko swoią wiadomością ad libitum Sui dysponowal,
wszelkich pożytkow wynaydowal, bez żadnego od Nas
Lehwaldow Matiorkow y Sukcessorow Naszych
naymnieyszey przeszkody. Owszem obowiązuiemy się
Nostro et Successorum Nostrorum Nomine, sub pa=
nis trium Laurorum, y za ręką ważnosc rzeczy uymo=
szącą w naymnieyszym punkcie tego dobrowolnego za=
pisu Cessyinego nienaruszac, a ieżelibyśmy ony na=
ruszyli. Forum ubiquinarium do zapozwania na
znaczaiąc, abscissis omnibus dilationibus, praecisa ap=
pellatione, rozprawę w każdym Sądzie z Sukcessora=
mi Naszemi, przyiąć y we wszystkim temu Zapi=
sowi zadosc uczynic obowiązuiemy się. Y na tosmy
dali ten nasz dobrowolny, wieczysto Cessyiny, a nigdy
nieporuszony zapis z podpisem ręk Naszych, y WW
Jmcion Panow Pieczętarzow od Nas ustnie y accura=
sto wyproszonych. Pisan w Krolewcu Pruskim Roku
Tysiącznego, Siedmsetnego, Sześćdziesiątego, Siodmego,
Mca Augusta Dwudziestego Szostego Dnia, Hans
von Lehwaldt, Locus Sigilli Gentilitij in cera rubra
Hispanica expressi. Anna Sophia Agnesse
von Lehwaldt, geborne nun Baroneße von Budden=
brok, Locus Sigilli Gentilitij, in cera rubra Hispani=
ca expressi. Ustnie y ozrucisto proszony Pięcz=
tarz od Jasnie Wielmoznego Jm Pana Jana Lehwal=
da Feld Marszałka Generalnego Woysk Pruskich

tylko

tylko względem Starszeństwa Matrykulskiego a Samey Jaśnie Wielmożney Jey Mci Pani Anny Zofiey Agnesy z Budenbrokow Lehwaldowy Feldmarszałkowey, iako wieczystey Altorki, do tego wieczysto Cesyinego Przedarnego Prawa części Dobr Wolkenbarka w Xięstwie Inflant leżących W Jm Panu Mikołajowi na Kryzborku Korffowi Chambelanowi JK Mci w Roku Tysiąc Siedmset, Dziesiąt Siodmego Mca Augusta Dnia Dwudziestego Szustego. danego podtuy Prawa podpisuie się. Karol Edward de Fiedemann Kapitan JK Mci Państwa Pruskiego Locus Sigilli in cera rubra Hispanica expressi.

Ustnie y oczywisto prosony pieczętarz od Osob wyż wyrażonych do tego wieczystego Cesyinego Przedarnego Zapisu, na rzecz we Srzedzinie Szerzey wyrazoną podtuy Prawa podpisuie się. Samuel Gebhard de Alten Bokum Kapitan JKMci Państwa Pruskiego. Locus Sigilli Gentilitij in cera rubra Hispanica expressi.

Ustnie y oczywisto prosony pieczętarz od Osob wyż wyrażonych do tego wieczystego Cesyinego Przedarnego Zapisu na rzecz we Srzedzinie szerzey wyrazoną podtuy prawa podpisuie się. Jerzy Bitowtt Kapitan JKM. Państwa Pruskiego. Locus Sigilli Gentilitij in cera rubra Hispanica expressi. Ego subscriptus a Summo Borussorum Rege Clementissime creatus et in Judicio Auctio Rni Borussiaci immatriculatus Notarius publicus juratus, attestor hodierno die coram me comparuisse in Personam Virum Perillrem Joannem de Lehwald Supremum exercitum Ducem seu Generalem Campi Mareschalcum Regis Prussiæ, Fortalitiorum Pillaviensis et Memeliens Gubernatorem, Equitum Ordinis Aquilæ Nigræ etc etc una cum Conjuge Sua ogiu Pilli

Anna

Anna Sophia Agnes de Lehwald nata de Bud-
denbrok eosq ambo praecedentis Instrumentum Cessi-
onis Juriũm Ipsis in bonis Wolkenberg legitime ac-
quisitorum Peritti et Magco Dño Nicolao in Angyrburg
Iustitio data pravia ejusq praelectione et genuina per
adhibitum interpretem juratum Rni hujus Polonicum
Paulum Grodzinski facta interpretatione in praesentia
praenominatorum trium illium oretenus requisito-
rum testium videliet Dni Caroli Eduardi de Jude-
mann Dni Samuelis Gebhardi de Altenbokum et
Dni Georgij Bitowtt Centuriõnum in Exercitu Re-
gio Borussico in omnibus punctis et clausulis, rati-
habuisse ideoq illud manibus propriis signavisse
et Sigillis suis munivisse, id quod etiam età testibus
supranominatis in praesentia mea factum. Est itaq
hoc Instrumentum Cessionis ad requisitiõnem
Perillis Dni Joannis de Lehwald, et Conjugis sua nata
de Buddenbrok Actis transcriptum, ejusdemq Origina-
le Mandatario Perillis Cessionarij Dni Nicolai in
Angyrburg Iustitij Dno Georgio Brokiert extraditum,
Copia vero actis meis publicis Notarialibus inser-
vata manxit, In cujus fidem hanc Attestatiõnem
manu mea propria signavi, et Sigillo meo Nota-
riatus ut et proprio munivi. Datum Regiomonti
Borussorum Die Vigesimo Sexto Augusti, Anni
Millesimi, Septingentesimi, Sexagesimi, Septimi,
In fidem praemissorum, Heinricus Labe Advoca-
tus Senatus Regiomontani et Notarius publicus
in Regno Prussiae requisitus. Loco Sigilli Nota-
riatus Publici. Eadem Testor Regiomonti

Borussorum

Borussorum, Die 26 Augusti 1767 Anno, Paulus
Grodzinski imm Interpres Regius Lingvæ Polonæ
juratus. Locus Sigilli Interpretis Lingvæ Polonæ Jurati.
Ad requisitionem Dominorum Henrici Rabe Advoca:
ti Senatus Regiomontani et Pauli Grodzinski testor
et attesto, jam nominatos implorantes Dominum Ra:
be esse a Srmo Borussorum Rege creatum, et in
Judicio Aulico Srni Borussiæ immatriculatum,
Notarium Publicum, et Dnum Grodzinski esse Inter
pretem Regni hujus Polonicum juratum, adeo, ut eo:
rum instrumentis sive in sive extra Judicia plena fides
adhibeatur. In cujus fidem hanc Attestationem
Manu propria signavi et Sigillum Judicij Aulici ap:
poni curavi. David Ancillon Registrator Judicij
Aulici in Regno Borussiaco. Locus Sigilli Judicij
Aulici. Ktory to zapis Wyczyslo Cesgiony, tak
iako wyżey per Oblatam iest podany, My tenże
do Xiąg niniejszey Metryki Koronney przyiąć
y wiernie wypisany, Stronie potrzebuiącey, Auten:
tycznie wydać: Oryginał zas nazad powrocić, po:
zwoliliśmy, na co dla lepszey wiary &c. Działo się
y za Sprawą iako wyżey. Z ktorego odebrania
Kancellarya Nasza quitatur.

Actum Varsaviæ Feria
Secunda in Crastino Do:
minica et Festi Rd. et in:
dividud Trinitatis Die
scilicet 30 Mensis Maij
Anno Dni 1768.

Oblata

Oblata Decreti Comissorialis respectu Advocatiæ Neoforiensis lati.

Stanislaus Augustus etc Significamus etc Quod coram Nobis, Actisq; præsentibus Metricis Dni Cancellarii vPra Majoris personaliter comparens G. Michael Komornicki Nomine et ex Comisso Gnosi Francisci Rychter Subdapiferi Cracovien et Capitanei Neoforien, obtulit, et ad Inscribendum Actis porrexit Originale. Decreti Mgiorum et Gsorum Commissariorum a Nobis Dni designatorum in Causa inter Gsos Ludovicum Zaptatynski ab una aty Supra-latum G. Rychter parte ab altera respectu Advocatiæ Neoforien latum, manibusq; eorundem Commissariorum subscriptum Sanum salvum, et illæsum tenoris sequentis= Actum Varsaviæ in Residentia Illis Mei Ignatij Twardowski Palatini Caliscien Sabbatho post Festum Ascensionis Xti Dni Die videlicet 14 Maij, Anno ejusd 1768to. Post expeditam Causam inter Gsum Adamum Malcreuiski ab una, et Gsum Josephum Zabtocki parte ab altera in tuitu quæstionati Juris ad Tenutam Villæ Trzebiestawski promissam, in ulteriori continuatione Actus Vtri Commissorialis, Nos Commissarij infrascripti, a Nobis Dni designati, Causam inter Gsum Ludovicum Zaptatynski, et Gsum Franciscum Rychter Subdapiferum Cracovien Capitaneum Neoforien occasione controversi Juris, vigore cujus idem Gsus Franciscus Rychter Capitaneus Neoforien advocatiam in eodem Capitanealu Neoforien possidet, adamandam per ministeriales Dni Statuimus, et Partibus in ordine dissidentionis ejusdem Causæ, ac resolutionis, quæstionati pro

missi

missi Juris Comparitionem inscribendam ordinavi-
mus, In satisfactionem cujus declarationis Nostræ pro
cedendo Partis, et quidem Jus Ludovicus Zaplatynski
Advocatiæ Jurisdictionalis in Capitaneatu Newforen
ex vi primitivæ locationis, ibidem existentis Privilegia-
tus Donatarius Actor personaliter, G. Franciscus Rychter
Subdapifer Cracovien[sis] Capitaneatus Newforen et Ad
vocatiæ vigore juris quæsiti Possessor citatus Perso-
liter, necnon Famati Prothonsul, Consules, totusq; magi-
stratus ac Communitas Oppidi S.R.Mtis Nowytarg
seu Neoforen ad Causam præsentem adcitati, et suo ex
interesse Actores, et inter venientes per Spôlos Alber-
tum Plechowski et Andream Moskiewicz suo et lo-
catis Oppidi Nowytarg nomine agentes personaliter, com-
paritionem suam legitime insinuaverunt, et ad contro-
versias hoc in negotio dezunderunt, et primum G. Lu-
dovicus Zaplatynski, virtute Privilegij sui a Serenissimo Sta-
nislao Augusto Rege Sub Die Septima Februarij
in Anno 1766, super Advocatiam in Oppido Nowy-
targ, post quosvis legitimos Possessores vacantem eid
benigniter Collati ob impugnatam ex parte Illmæ
Principissæ Radziwiłłowa Palatinæ Vilnen Capitaneæ
protunc Neoforen ad eandem advocatiam Intro-
missionem, Causam eid Illmæ Palatinæ Vilnen ad
Judicia S.R.Mtis Assessorialia, respectu reproductionis
Jurium, quibus in possessione prædictæ Advocatiæ in Op-
pido Nowytarg insistit, intentatam, et promotam demen-
strando, post contestatam illay Litem respectu vindi-
randæ ejusd Advocatiæ, tam in antiqua, quam in no-
va Locationis Civitate Nowytarg existentis, per G. Fran-
ciscum Rychter Subdapiferum Cracovien Cessionem

Lupiet

super Capitaneatum, Neoforien ab eadem Illma Sala-
tina Vilnen non resoluto pretenso Jure quo ad Advoca-
tiam distinctis anta hac ab ipsa Locatione Oppidi Nowy-
targ Privilegijs per varios Donatarios possessam, obten-
tam, cernendo eundem, quia novum Cessionarium re-
spectu deoccupationis ac restitutionis praefatae Advocatiae
ad eadem Judicia Assessorialia S.R. Mtis comitatum
fuisse, deinde cum Idem Geus Zaplatynski, celeriorem cur-
sum justitiae coram Statibus Rni Confaderatis sub tractu
delegationis in Comitijs expedite explorando, ut quanto citius
possessionem memorata Advocatia Neoforen adire valeat,
remissionem pro finali dissudicatione cum caeteris compe-
titoribus Privilegiatis, ad Nos judicium nostrum Commis-
soriale obtinuit, ac denuo eundem Geum Rychter, Capneatus
Neoforen, „ Possessorem
„ pro deoccupatione advocatiae adcitavit, in Termi-
no eodem Adcitationis Jura originalia distinctionem
Advocatiae in Capitaneatu Neoforen et quidem Privile-
gium locationis Oppidi Nowytarg per Sermum Casimi-
rum Regem Poloniae de Anno 1346 collatum, in quo
ad priorem advocatiam in Civitate antiqua Neoforen,
et Sultetia in Villa, antiquum Theloneum sitam, et Lu-
per abundanti nova locatione Oppidi Nowytarg Situ
Lanei mensura Francornica pro Advocatia, tum Ca-
mera omnes Pannorum, Taberna, Balnea, Macta-
rium, Molendina, omnia et quotquot intra limites Civita-
tis ex utray rippa Fluvii orum Dunajec Czarny et Bia-
ty construi poterint, tum de laneis Civitatis Sedlus De-
narius, tertius autem de re judicata, piscatura, vena-
tio, nec non jurisdictio super Curibus ad mentem Juris
Theutonici Maydeburgen exercenda, cum ea adjecta
Cautela, ne Capitanei pro tempore existentes in dictis
proventi

proventibus advocatos impedire audeant assignatur,
et adscribitur. Cujus Privilegij Locationis a Primo Vla-
dislao de data Cracovia in Anno 1425 et a Sigismundo
Regibus Poloniarum itidem Cracovia ad Supplicationem
Advocatorum Neofirens Feria Quarta in Vigilia Sa-
cratissimi Corporis Xti Dni in Anno 1509. Confirma-
tio est subsecuta demum in Anno 1515 Feria Sexta,
in Crastino Festi SS. Cracovia Privilegium reinte-
grationis ejusdem Advocatiæ per Sermum Sigismundum
Augustum Poloniæ Regem in varias Partes divisa, et vi-
gore hujus Privilegij Consensus eximendi de Manibus va-
riorum Possessorum in favorem Fmli Michaelis Spisz
justa contenta Originalis Locationis fuerat datus,
et Subsequenter Privilegia, Primum in Anno 1564.
in Conventu Gnali Varsaviæ Die 19 Januarij Consensus
ad cedendum ejusdem Advocatiæ in Oppido Nowytarg
Gro Procopio Pieniążek in personam Gri Joannis Pie-
niążek Filij, alterum in Anno 1565, Die 9na Martij
in Conventu Gnali Conservationis Nobilis Joannis
Pieniążek Procopij Filij nati Majoris circa possessio-
nem dictæ Advocatiæ, tum denique decretum Judiciorum
Relationum de Anno 1616 Feria quarta ante Festum
Nativitatis Beatissimæ Virginis Mariæ Varsaviæ, inter
Instigatorem Rei ex delatione officialium agentem ab-
una et Successores Gri Sophiæ de Boguslawice Gri Jo-
annis Pieniążek Consortis ex altera Partium Contro-
ver sijs prolatum quo mediante ijsdem Gris Successoribus
Pieniążkowianis Summa antiqua tam in Capitaneatu
Neofirens, quam distinctim in advocatia assignata sunt
agnita et ad evolvendum assignata, ad extremum Lustra-
tionis Primam in Anno 1636. Stante possessione Magi

Thoma

Thomæ Zamoyski pro tunc Supremi Rni Cancellarij ejusdem Capitaneatus Neoforen cum insertione Privilegij Originalis Locationis, et ibidem adnotatione existentia Advocatiæ. Alterum in Anno 1660 stante possessione, protunc tam Capitaneatus, quam et Advocatiæ Mgci Stanislai Witowski Castellani Sandomiriensis, per Lustratores expeditas sufficienter abduxit, et demonstravit, cum autem Gnus Franciscus Rychter Subdapifer Cracovien modernus tam Capitaneatus Neoforensis, quam et Advocatiæ vicevirtual Possessor ex adverso, licet quidem tam ijsdem documentis quam Gnum Zaptatynski reproductis, quam et alijs ex Actis Metricis Rni depromptis, tum Lustrationibus Annorum 1564. et 1602. nec non Privilegio in Anno 1630. Die 16 Januarij a Sermo Vladislao. Quarto post obitum Mgci Zamoyski pro tunc Capitanei et advocati Neoforen in rem Mgci Adami Kazanowski, tam super Capitaneatum, quam et Advocatiam emanato per eundem in simul possessis alijsq privilegijs usq ad Annum 1660. quod antecati Donatarij Capitaneatus Neoforen eundem Capitaneatum una cum Advocatia, in ibidem existenti tenebant, et possidebant, commonstravit, verum quoniam Subsequenti Tractu nullum vestigium tam incorporationis ejusdem Advocatiæ ad Capitaneatum, neq Privilegijs ultimio immediatis Tenutarijs, et Possessoribus Servientibus ac ipsemet in Jure suo quæsito nullam mentionem de Advocatia et quod Capitaneatum una cum Advocatia possidere queat, probare potest, non nisiq eandem Advocatiam pro attinenti, et adjacenti, in Capitaneatum Neoforen reputare debere affirmat, et usurpat, Constitutiones vero Rni Annorum 1607.

Tett

Litt o kaduckaich de non incorporatis Advocatijs et
1736. in Lactis Conventis de eisdem qua seruitio Pri-
vilegijs quandoq inferebantur Capitaneis dari nequa-
unt, premissam usurpationem vetant, tum quoque
prajudicata continua et recentissima judiciorum S.
Regijs assessorialium ad presentem casum addatte
similes abusus resolutos edocent. Qua propter Nos Com-
missarij ea in causa super ferendam Sententiam
deliberavimus, quam deliberationem expediendo vizis,
et actis Privilegio Originalis Locationis tam Capitane-
atus quam et advocatiæ Neoforen in executione Lem-
per existenti, aliisq Juribus Privilegijs, Lustrationibus
et Literatorijs documentis per partes utrasq reproductis ij-
demq mature trutinatis et per omnes circumstantias
perpenzis Quum Ludovicum Zaptatynski circa Pri-
vilegium legitime super Advocatiam Neoforen
exportatum, ac ipsammet eandem advocatiam tamin
antiqua quam in nova Locationis Civitate Nowy-
targ cum Sulletia in Villa, antiquum Theloneum
pro tunc vocitata, cum usibus et fructibus ad eandem
ex antiquo nempe Privilegio Locationis pertinenti-
bus conservamus. Jam autem Quum Franciscum
